 être dans la même troupe
 et souffrir la soif avec-peine.
 Lesquels comme ils étaient tombés
 sur le roi, [déliée,
 l'un d'entre eux, son outre ayant été
 remplit un vase,
 qu'il portait en-même-temps,
 le présentant au roi.

aquam portarent, filiis ferre cognoscit. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito : « Nec solus, inquit, bibere sustineo, nec tam exiguum dividere omnibus possum. Vos currite, et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date. » Tandem ad flumen Oxum ipse pervenit prima fere vespera ; sed exercitus magna pars non potuerat consequi. In edito monte ignes jubet fieri, ut ii qui ægre sequebantur haud procul castris abesse se cognoscerent. Eos autem, qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, alios implere utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari, jussit, ac suis opem ferre. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu extincti sunt ; multoque major horum numerus fuit quam ullo amiserat prælio. At ille, thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu, qua veniebat

plit un vase qu'il portait aussi, et le lui présenta. Le prince le prit ; mais ayant demandé à qui ils portaient cette eau, il sut que c'était à leurs fils. Alors leur rendant la coupe pleine, comme on la lui avait présentée : « Je ne peux, dit-il, ni me résoudre à boire seul, ni partager si peu de chose entre tous. Courez donc donner à vos enfants ce que vous avez apporté pour eux. » Il arriva enfin au fleuve Oxus vers le soir ; mais une grande partie de l'armée n'avait pu le suivre. Il fit donc allumer des feux sur une montagne élevée, pour faire connaître aux trainards, qu'ils n'étaient pas loin du camp. Quant à ceux qui étaient de l'avant-garde, il leur ordonna de boire et de manger promptement, de remplir ensuite d'eau des outres et tous les autres vases dans lesquels on peut en porter, et d'aller au secours de leurs camarades. Mais ceux qui avaient bu sans modération, périrent étouffés ; et il en mourut de cette manière beaucoup plus qu'en aucune bataille. Cependant le roi, encore revêtu de sa cuirasse, sans avoir pris ni nourriture ni boisson, se tint sur le chemin par où venait l'armée, et ne se retira pour se reposer, qu'après avoir

Ille accipit.
 Percontatus
 quibus portarent aquam,
 cognoscit ferre filiis.
 Tunc poculo reddito
 pleno, sicut oblatum est :
 « Nec sustineo
 bibere solus, inquit,
 nec possum
 dividere omnibus
 tam exiguum.
 Vos currite,
 et date vestris liberis
 quod attulit propter illos. »
 Tandem pervenit
 ad flumen Oxum
 fere prima vespera ;
 sed magna pars exercitus
 non potnerat consequi.
 Jubet ignes fieri
 in monte edito,
 ut ii qui sequebantur ægre
 cognoscerent se abesse
 haud procul castris.
 Jussit autem eos,
 qui erant primi agminis,
 firmatos mature
 cibo ac potione,
 implere alios utres,
 alios vasa,
 quibuscumque aqua
 possit portari,
 ac ferre opem suis.
 Sed qui hauserant
 intemperantius,
 extincti sunt
 spiritu intercluso,
 numerusque horum
 fuit major multo
 quam amiserat
 ullo prælio.
 At ille,
 indutus adhuc thoracem,
 nec reffectus
 aut cibo aut potu,
 constitit,
 qua exercitus veniebat ;

Lui *le* reçoit.
 Ayant demandé
 auxquels ils portaient l'eau,
 il apprend *eux* la porter à *leurs* fils.
 Alors la coupe ayant été rendue
 pleine, comme elle a été offerte :
 « Ni je ne soutiens (je n'ai le courage)
 de boire seul, dit-il,
 ni je ne puis
 partager à tous
 si peu.
 Vous courez,
 et donnez à vos enfants
 ce que vous avez apporté à-cause-d'eux »
 Enfin il arriva
 au fleuve Oxus
 presque au commencement-du soir ;
 mais une grande partie de l'armée
 n'avait pu suivre.
 Il ordonne des feux être faits
 sur une montagne élevée,
 afin-que ceux qui suivaient avec-peine
 connussent eux-mêmes être-distants
 non loin du camp.
 Et il ordonna ceux,
 qui étaient de la première troupe,
 fortifiés promptement
 par la nourriture et la boisson,
 remplir les uns des outres,
 les autres des vases,
 par quelques-vases-que l'eau
 puisse être transportée.
 et porter secours aux leurs.
 Mais *ceux* qui avaient avalé
 avec-plus-d'intempérance,
 furent éteints (périrent)
 la respiration ayant été arrêtée,
 et le nombre de ceux-ci
 fût plus grand de beaucoup
 que *le nombre de ceux* qu'il avait perdus
 dans aucun combat.
 Mais lui,
 revêtu encore de *sa* cuirasse,
 ni n'ayant été refait
 ou par la nourriture ou par la boisson,
 s'arrêta,
 par-où l'armée venait,

exercitus, constitit; nec ante ad curandum corpus recessit quam præterierant qui agmen sequebantur; totamque eam noctem cum magno animi motu perpetuis vigiliis egit. Nec postero die lætior erat, quia nec navigia habebat, nec pons erigi poterat, circum amnem nudo solo et materia maxime sterili. Consilium igitur, quod unum necessitas subjecerat, inquit : utres quamplurimos stramentis refertos dividit; his incubantes transavere amnem, quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo, sexto demum die, in ulteriore ripa totum exercitum exposuit.

Jamque ad persequendum Bessum statuerat progredi, quum ea, quæ in Sogdianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus a Besso. Sed nullis meritis perfidia mitigari potest; quæ tamen jam minus in eo invisæ esse poterat, quia nihil ulli nefas tum in Bessum, interfectorem regis sui, videbatur. Titulus facinoris

vu défiler les traînards. Il passa la nuit entière dans une grande agitation, et sans fermer l'œil. Il ne fut pas plus satisfait le lendemain, parce qu'il n'avait ni bateaux ni moyens de construire un pont, vu l'aridité du sol aux environs du fleuve et principalement le manque de bois. Il prit donc le seul parti que la nécessité lui suggérât : il fit distribuer le plus grand nombre possible d'outres remplies de paille; les soldats traversèrent le fleuve en nageant soutenus par ces peaux, et les premiers passés se tenaient sous les armes pour donner aux autres la facilité d'en faire autant. De cette manière il lui fallut six jours pour transporter toute son armée sur l'autre rive.

Déjà il avait résolu de s'avancer à la poursuite de Bessus, quand il apprit ce qui se passait dans la Sogdiane. Spitamène était, de tous les amis de Bessus, celui qui en avait reçu les plus grandes distinctions. Mais il n'y a point de bienfaits capables de désarmer la perfidie; du reste elle pouvait dans cette occasion paraître moins odieuse, parce qu'il semblait que tout fût permis contre un régicide comme Bessus. Ce qu'on attentait contre lui se couvrait du spécieux pré-

nec recessit
 ad curandum corpus
 ante quam
 qui sequebantur agmen
 præterierant ;
 egitque eam noctem totam
 vigiliis perpetuis
 cum magno motu animi.
 Nec erat lætior
 die postero,
 quia nec habebat navigia,
 nec pons poterat erigi ,
 solo circum amnem
 nudo et sterili
 maxime materia.
 Init igitur consilium
 quod unum necessitas
 subjecerat :
 dividit utres
 quam plurimos
 refertos stramentis ;
 incubantes his
 transavere amnem ;
 quique transierant primi,
 erant in statione,
 dum ceteri transirent.
 Hoc modo
 exposuit exercitum totum
 in ripa ulteriore,
 sexto die demum.
 Jamque statuerat
 progredi
 ad persequendum Bessum,
 quum cognoscit ea,
 quæ erant in Sogdianis.
 Spitamenes erat
 cultus honore præcipuo
 a Besso
 inter omnes amicos ;
 sed perfidia
 potest mitigari
 nullis meritis ;
 quæ tamen poterat jam
 esse minus invisæ in eo ,
 quia nihil videbatur ulli
 nefas tum in Bessum,
 interfectorem sui regis.

ni il ne se retira
 pour soigner son corps
 avant que
 ceux qui suivaient l'armée
 n'eussent passé-devant lui ;
 et il passa cette nuit tout-entière
 dans une veille perpétuelle
 avec une grande agitation d'esprit.
 Et il n'était pas plus joyeux
 le jour d'après,
 parce-que ni il n'avait d'embarcations,
 ni un pont ne pouvait être élevé (con-
 le sol autour du fleuve [struit),
 étant nu et stérile
 surtout en bois-de-construction.
 Il forme donc le parti
 lequel seul la nécessité
 avait suggéré :
 il distribue des outres
 aussi nombreuses qu'il peut le plus
 remplies de litières (pailles) ;
 couchés-sur ces outres
 ils passèrent-à-la-nage le fleuve ;
 et ceux qui avaient traversé les pre-
 étaient en station (en garde), [miers,
 jusqu'-à-ce-que tous-les-autres traver-
 De cette manière [sassent.
 il débarqua son armée tout-entière
 sur la rive ultérieure,
 le sixième jour seulement.
 Et déjà il avait-résolu
 de s'avancer
 pour poursuivre Bessus,
 lorsqu'il apprend ces choses
 qui étaient dans (chez) les Sogdiens.
 Spitamène était
 cultivé par un honneur particulier
 par Bessus
 parmi tous ses amis ;
 mais la perfidie
 ne peut être adoucie
 par aucuns bienfaits ;
 laquelle cependant pouvait alors
 être moins odieuse en lui,
 parce-que rien ne paraissait à aucun
 non-permis alors contre Bessus,
 meurtrier de son roi.

speciosus præferebatur, vindicta Darii¹; sed fortunam, non scelus oderant Bessi. Nam, ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognovit, Dataphernem et Catenem, quibus a Besso maxima fides habebatur, in societatem rei adsciscit. Illi promptius adeunt quam rogabantur; assumptisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. Spitamenes pergit ad Bessum, et, remotis arbitris, comperisse ait se insidiari ei Dataphernem et Catenem, ut vivum Alexandro traderent agitantes; a semet occupatos esse, et vinctos teneri. Bessus, tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit, partim avidus explendi supplicii, adduci eos jubet. Illi, manibus sua sponte religatis, a participibus consilii trahebantur; quos Bessus truci vultu intuens consurgit, manibus non temperaturus. At illi, simulatione omissa, circumstant eum, et frustra repugnantem vinciunt, derepto ex

texte de la vengeance de Darius; mais c'était la fortune de Bessus et non son crime qui le faisait haïr. En effet, dès que Spitamène eut appris qu'Alexandre avait passé l'Oxus, il s'associa Datapherne et Caténès qui avaient la confiance de Bessus. Ceux-ci se prêtèrent à ce projet avec plus d'empressement qu'ils n'en avaient été priés; et s'étant adjoint huit jeunes gens des plus résolus, voici le piège qu'ils tendirent à Bessus. Spitamène alla le trouver, écarta tous les témoins, et lui dit avoir découvert que Datapherne et Caténès conspiraient contre lui, afin de le livrer vif à Alexandre; qu'il les avait prévenus et les tenait dans les fers. Bessus, pénétré d'une reconnaissance qu'il croyait méritée par un si grand service, se répand d'une part en actions de grâces, et d'autre part, impatient de punir les coupables, il les fait amener. Ils s'étaient laissé lier les mains derrière le dos, et leurs propres complices les conduisaient; aussitôt Bessus, jetant sur eux un regard furieux, se lève, prêt à les frapper lui-même. Mais cessant alors de feindre, ils l'environnent, le lient malgré sa résistance, lui arrachent le diadème,

Titulus speciosus facinoris
 præferebatur,
 vindicta Darii;
 sed oderant fortunam,
 non scelus Bessi.
 Nam ut cognovit
 Alexandrum superasse
 flumen Oxum,
 ad-cis-erit in societatem rei
 Dataphernem et Catenem
 quibus maxima fides
 habebatur a Besso.
 Illi adeunt promptius
 quam rogabantur;
 octoque juvenibus
 fortissimis
 assumptis,
 intendunt dolum talem.
 Spitamenus pergit
 ad Bessum,
 et, arbitris remotis,
 ait se comperisse
 Dataphernem et Catenem
 insidiari ei,
 agitantes ut traderent
 vivum Alexandro;
 occupatos esse
 et teneri vincetos a semet.
 Bessus obligatus,
 ut credebat,
 beneficio tanto,
 agit gratias partim,
 partim avidus
 supplicii explendi,
 jubet eos adduci.
 Illi, manibus religatis
 sua sponte,
 trahebantur
 a participibus consilii;
 quos Bessus intuens
 vultu truci,
 consurgit
 non temperaturus manibus.
 At illi,
 simulatione ommissa,
 circumstant eum,
 et vincunt

Un titre spécieux de *cet* acte
 était mis-en-avant,
 la vengeance de Darius;
 mais ils haïssaient la fortune,
 non le crime de Bessus.
 Car dès-qu'il connut
 Alexandre avoir passé
 le fleuve Oxus,
 il appelle en association de la chose
 Datapherne et Catènes
 auxquels la plus grande foi
 était eue par Bessus. [pressement
 Ceux-la viennent à *lui* avec-plus-d'em-
 qu'ils n'étaient priés;
 et huit jeunes-gens
 très-courageux
 ayant été pris-avec-eux,
 ils dressent une ruse telle.
 Spitamène va
 vers Bessus,
 et, les témoins ayant été écartés,
 il dit lui-même avoir découvert
 Datapherne et Catènes
 tendre-des-embûches à lui,
 songeant qu'ils livrassent (à livrer)
lui vivant à Alexandre;
eux avoir été prévenus
 et être tenus enchaînés par lui-même.
 Bessus obligé,
 comme il croyait,
 par un bienfait si-grand,
 rend grâces en-partie,
 en-partie avide
 du supplice devant-être-accomplí,
 ordonne eux être amenés. [arrière
 Eux, les mains ayant été attachées-en-
 de leur propre-gré,
 étaient traînés
 par les complices du projet;
 lesquels Bessus regardant
 d'un visage farouche
 se lève,
 ne devant pas s'-abstenir des mains.
 Mais eux,
 la dissimulation ayant été mise-de-côté,
 entourent lui,
 et enchaînent

capite regni insigni, lacerataque veste quam e spoliis occisi regis induerat. Ille, deos sui sceleris ultores adesse confessus, adjecit non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur, sed Alexandro propitios, cujus victoriam semper etiam hostis adjuvisset. Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum est, nisi illi, qui vinxerant, jussu Alexandri fecisse ipsos ementiti, dubios adhuc animi terruissent. In equum impositum Alexandro tradituri ducunt.

Inter hæc rex, quibus matura erat missio, electis nongentis fere, equiti bina talenta¹ dedit, pediti terna denarium millia, monitosque ut liberos generarent remisit domum. Ceteris gratiæ actæ quod ad reliqua belli navaturos operam pollicebantur.

Perventum erat in parvulum oppidum; Branchidæ² ejus incolæ erant. Mileto quondam, jussu Xerxis³, quum e Græcia rediret, transierant, et in ea sede constiterant, quia templum

et mettent en pièces la robe dont il s'était revêtu après en avoir dépouillé le feu roi. Il reconnut que c'était une punition du ciel, et ajouta que Darius n'avait point à se plaindre des dieux, puisqu'ils le vengeaient de cette manière; mais qu'ils étaient bien favorables à Alexandre, puisque ses ennemis mêmes avaient toujours contribué à ses victoires. Peut-être la multitude aurait-elle délivré Bessus, si ceux qui l'avaient arrêté, faisant accroire qu'ils en avaient reçu l'ordre d'Alexandre, n'eussent jeté l'épouvante dans les esprits encore flottants. Puis ils le mettent sur un cheval, pour aller le livrer à ce prince.

Cependant le roi ayant choisi environ neuf cents hommes qui étaient au terme de leur congé, leur accorda une gratification de deux talents par cavalier, et de trois mille deniers par fantassin; il les renvoya chez eux, après les avoir exhortés à donner des enfants à l'État. Il remercia les autres de la promesse qu'ils avaient faite de servir tout le reste de la guerre.

On était arrivé à une petite ville habitée par les Branchides. Ils étaient venus anciennement de Milet, par ordre de Xerxès à son retour de la Grèce, et s'étaient établis en cet endroit, parce qu'ils

repugnantem frustra,
 insigni regni
 derepte ex capite,
 vesteque quam induerat
 e spoliis regis occisi
 lacerata.

Ille, confessus
 deos ultores sui sceleris
 adesse,
 adjecit non fuisse
 iniquos Dario,
 quem ulciscerentur sic,
 sed propitios Alexandro,
 cujus hostis etiam
 adjuvisset semper
 victoriam.

Incertum est an multitudo
 fuerit vindicatura Bessum,
 nisi illi, qui vinxerant,
 ementiti ipsos fecisse
 jussu Alexandri,
 terruissent
 dubios adhuc animi.
 Ducunt impositum in equum
 tradituri Alexandro.

Inter hæc rex,
 nongentis fere electis,
 quibus missio erat matura,
 dedit equiti
 talenta bina,
 pediti
 terna millia denarium;
 remisitque domum
 monitos
 ut generarent liberos.
 Gratia actæ ceteris,
 quod pollicebantur
 navaturos operam
 ad reliqua belli.

Perventum erat
 in oppidum parvulum;
 Branchidæ erant incolæ e-
 Transierant quondam [jus.
 Miletu,
 jussu Xerxis,
 quum rediret e Græcia,
 et constiterant in ea sede,

lui résistant en-vain,
 l'insigne de la royauté
 ayant-été-enlevé de la tête,
 et la robe qu'il avait revêtue
 des dépouilles du roi tué
 ayant été déchirée.

Lui, ayant avoué
 les dieux vengeurs de son crime
 être-présents,
 ajouta *eux* n'avoir pas été
 défavorables à Darius,
 qu'ils vengeaient ainsi,
 mais *avoir été* propices à Alexandre,
 dont l'ennemi même
 avait aidé toujours
 la victoire.

Il est incertain si la multitude
 fut devant réclamer (délivrer) Bessus,
 si *ceux*, qui l'avaient enchaîné, [fait
 ayant-dit-faussement eux-mêmes l'avoir
 par l'ordre d'Alexandre,
 n'eussent effrayé
eux hésitant encore par l'esprit.

Ils conduisent *lui* placé-sur un cheval
 devant *le* livrer à Alexandre.

Pendant ces choses le roi, [choisis,
 neuf-cents *hommes* environ ayant été
 pour lesquels le congé était mûr (arrivé),
 donna au cavalier,
 des talents deux-pour-chacun,
 au fantassin
 pour-chacun-trois milliers de deniers;
 et il renvoya dans *leur* maison (patrie)
eux ayant été avertis
 qu'ils engendrassent des enfants.

Grâces furent rendues à-tous-les-autres,
 parce-qu'ils promettaient
eux devoir rendre service [guerre.
 pour les *choses* restantes (le reste) de la

On était arrivé
 à une ville toute-petite; [d'elle.
 les Branchides étaient les habitants
 Ils avaient passé jadis
 de Milet,
 par l'ordre de Xerxès,
 lorsqu'il revenait de Grèce, [meure,
 et ils s'étaient établis dans cette de-

quod Didymeon¹ appellatur, in gratiam Xerxis violaverant². Mores patrii nondum exoleverant; sed jam bilingues erant, paulatim a domestico externoque sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque dedentes. Ille Milesios qui apud ipsum militarent convocari jubet. Vetus odium Milesii gerebant in Branchidarum gentem. Proditis ergo, sive injuriæ, sive originis meminisse mallent, liberum de Branchidis permittit arbitrium. Variantibus deinde sententiis, se ipsum consideraturum quod optimum factu esset ostendit. Postero die occurrentibus, Branchidas secum procedere jubet; quumque ad urbem ventum esset, ipse cum expedita manu portam intrat. Phalanx mœnia oppidi circumire jussa, et dato signo diripere urbem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum cædere. Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguæ, aut supplicum velamentis³ precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem, ut

avaient, en faveur de ce prince, profané le temple nommé Didyméon. Ils n'avaient pas encore oublié les mœurs de leur pays; mais leur langue était déjà mêlée de deux idiomes, et peu à peu ils avaient corrompu leur idiome naturel et le nouvel idiome étranger. Ils reçoivent le roi avec joie et lui remettent leur ville et leurs personnes. Alexandre convoque les Milésiens qui servaient dans son armée. Ils avaient une haine invétérée contre la race des Branchides. En conséquence, le roi laisse à la discrétion des offensés de décider du sort des Branchides, soit qu'ils voulussent se souvenir de l'injure qu'ils en avaient reçue, ou de leur origine commune. Les opinions s'étant alors partagées, il déclara qu'il aviserait lui-même à ce qu'il y aurait de mieux à faire. Les Milésiens viennent le trouver le lendemain; il ordonne aux députés Branchides de le suivre. Arrivé près de la ville, il y entre avec une troupe armée à la légère; la phalange eut ordre d'investir les remparts, et au signal qui serait donné, de saccager ce repaire de traîtres, et de les massacrer tous jusqu'au dernier. Ces malheureux sans défense furent égorgés partout où ils se trouvèrent;

quia violaverant
 in gratiam Xerxis
 templum quod appellatur
 Didymeon.
 Mores patrii
 nondum exoleverant ;
 sed erant jam bilingues,
 degeneres paulatim
 sermone domestico
 externoque.
 Excipiunt igitur regem
 magno gaudio,
 dedentes urbem seque.
 Ille jubet Milesios
 qui militarent apud ipsum
 convocari.
 Milesii gerebant
 odium vetus
 in gentem Branchidarum.
 Permisit ergo proditis
 arbitrium liberum
 de Branchidis,
 sive mallent
 meminisse injuriæ,
 sive originis.
 Deinde sententiis
 variantibus,
 ostendit
 se ipsum consideraturum
 quod esset optimum factum.
 Occurrentibus die postero,
 jubet Branchidas
 procedere secum ;
 quinque ventum esset
 ad urbem,
 ipse intrat portam
 cum manu exequita.
 Phalanx jussa
 circumire mœnia oppidi,
 et signo dato,
 diripere urbem
 receptaculum proditorum,
 cœdereque ipsos ad unum.
 Illi inermes
 trucidantur passim,
 nec crudelitas
 potest inhiberi

parce-qu'ils avaient violé
 en faveur de Xerxès
 le temple qui est appelé
 Didyméon.
 Les mœurs de-la-patrie
 ne s'étaient pas-encore effacées ;
 mais ils étaient déjà parlant-deux-
 dégénérés peu-à-pen [langues,
 de l'idiome national
 et de l'idiome étranger.
 Ils reçoivent donc le roi
 avec une grande joie,
 livrant la ville et eux-mêmes.
 Celui-ci ordonne les Milésiens,
 qui servaient auprès de lui-même,
 être convoqués.
 Les Milésiens portaient
 une haine ancienne
 contre la race des Branchides.
 Il remit donc aux *Milésiens* trahis
 la décision libre
 touchant les Branchides,
 soit-qu'ils aimassent-mieux
 se souvenir de l'injure,
 soit de leur origine.
 Ensuite les avis
 étant-divers,
 il montra (déclara)
 lui-même devoir considérer
 quelle chose était la meilleure à être faite.
 Les *Milésiens* se - présentant le jour
 il ordonne les Branchides [d'après,
 s'avancer avec-lui-même ;
 et comme on était arrivé
 à la ville,
 lui-même entre-en-dedans d'une porte
 avec une troupe dégagée (légère).
 La phalange reçut-ordre
 d'entourer les remparts de la place,
 et le signal ayant été donné,
 de piller une ville,
 réceptacle de traîtres, [(au dernier).
 et de tuer eux-mêmes jusqu'à un seul
 Ceux-ci non-armés
 sont égorgés çà-et-là,
 ni la cruauté
 ne peut être arrêtée

dejicerent fundamenta murorum ab imo moliantur, ne quod urbis vestigium exstaret. Nemora, lucos quoque sacros non cædunt modo, sed etiam extirpant, ut vasta solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur. Quæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent, justa ultio esse, non crudelitas videretur; nunc culpam majorum posterius luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere.

Inde processit ad Tanaïm ¹ amnem. Quo perductus est Bessus, non vinctus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat, collo inserta catena, tam barbaris quam Macedonibus gratum spectaculum. Tum Spitamenes : « Et te, inquit, et Darium, reges meos, ultus, interfectorem domini sui adduxi, eo modo captum cujus ipse fecit exemplum. Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Exsistat ab inferis, qui illo supplicio indignus

ni la communauté de langage, ni les prières et les bandelettes des suppliants ne purent arrêter le cours de cette barbarie. Enfin on détruisit jusqu'aux fondements des murs, pour ne laisser subsister aucun vestige de la ville; et, non-seulement on coupa, mais on arracha les bois et les bocages sacrés, afin qu'il ne restât qu'une morne solitudo et un sol stérile où on ne trouverait même plus de racines. Si toutes ces mesures avaient été imaginées contre les auteurs de la trahison, cela aurait été regardé comme une juste vengeance et non comme un acte de cruauté; mais alors c'étaient les descendants qui payaient pour leurs ancêtres, eux qui n'avaient jamais vu la ville de Milet, loin d'avoir pu la livrer à Xerxès.

Alexandre se porta de là vers le Tanaïs. C'est là que Bessus lui fut amené, non-seulement chargé de fers, mais encore absolument nu. Spitamène le tenait attaché avec une chaîne au cou, spectacle également agréable aux barbares et aux Macédoniens. « C'est pour vous venger vous et Darius, mes souverains, dit alors Spitamène, que je vous ai amené ce meurtrier de son maître, pris de la manière dont il a lui-même donné l'exemple. Puisse Darius ouvrir les yeux à ce spectacle! Puisse-t-il pour cela revenir des enfers,

aut commercio linguæ,
aut velamentis precibusque
supplicum.

Tandem moliantur ab imo
fundamenta murorum
ut dejicerent,
ne quod vestigium urbis
exstaret.

Non modo cædunt,
sed etiam exstirpant
nemora.

quoque lucos sacros,
ut vasta solitudo [retur,
et humus sterilis linque-
radicibus etiam excussis.

Quæ si excogitata essent
in auctores ipsos
proditionis,

ultio justa, [esse;
non crudelitas videretur
nunc posteris

qui ne viderant quidem
Miletum,

adeo non potuerant
tradere Xerxi,
luere culpam majorum.

Processit inde
ad amnem Tanaim.

Quo Bessus perductus est,
non modo vincetus,
sed etiam spoliatus
omni velamento corporis.

Spitamenes tenebat eum,
catena inserta collo,
spectaculum gratum
tam barbaris

quam Macedonibus.
Tum Spitamenes :

« Ultus, inquit,
et te et Darium,

meos reges,
adduxi interfectorem

sui domini,
captum eo modo
cujus ipse fecit exemplum.

Darius aperiat oculos
ad hoc spectaculum.

ou par la communauté du langage,
ou par les bandelettes et les prières
des suppliants.

Enfin ils renuent par le bas
les fondements des murs
afin-qu'ils les renversassent,
de-peur-que quelque vestige de la ville
ne subsistât.

Non-seulement ils abattent,
mais encore ils déracinent
les bois,

et même les bocages sacrés,
afin-qu'une vaste solitudo
et un sol stérile fût laissé,
les racines même ayant été arrachées.

Lesquelles choses si elles avaient été ima-
contre les auteurs eux-mêmes [ginées
de la trahison,

une vengeance juste,
non une cruauté paraîtrait être;
maintenant les descendants

qui n'avaient pas même vu
Milet,

tellement non ils avaient pu
la livrer à Xerxès,
expièrent la faute des ancêtres.

Il s'avança de-là
vers le fleuve du Tanaïs.

Où Bessus lui fut amené
non-seulement enchaîné,
mais encore dépouillé
de tout voile du corps.

Spitamène tenait lui,
une chaîne passée-à son cou,

spectacle agréable
autant aux barbares

qu'aux Macédoniens.
Alors Spitamène :

« Ayant vengé, dit-il,
et toi et Darius,

mes rois,
j'ai amené le meurtrier

de son maître,
meurtrier pris de cette manière
dont lui-même a fait l'exemple.

Que Darius ouvre les yeux
à ce spectacle.

fuit, et hoc solatio dignus est. » Alexander, multum collaudato Spitamene, conversus ad Bessum : « Cujus, inquit, feræ rabies occupavit animum tuum, quum regem de te optime meritum prius vincire, deinde occidere sustinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso regis nomine persolvisti tibi. » Ille, facinus purgare non ausus, regis titulum se usurpasse dixit, ut gentem suam tradere ipse possit; qui si cessasset, alium fuisse regnum occupaturum. At Alexander Oxathrem, fratrem Darii, quem inter corporis custodes habebat, propius jussit accedere, tradique Bessum ei, ut cruci affixum, mutilatis auribus naribusque, sagittis configerent barbari, asservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent¹. Oxathres cetera sibi curæ fore pollicetur. Aves non ab alio quam a Catene posse prohiberi adjicit, eximiam ejus

lui qui méritait si peu une fin si malheureuse, et qui mérite si bien cette consolation ! » Alexandre combla Spitamène d'éloges, et se tournant vers Bessus : « Quelle rage de bête féroce avais-tu dans le cœur, lui dit-il, quand tu osas d'abord enchaîner un roi qui t'avait comblé de bienfaits, et puis l'assassiner ? Mais tu t'es payé de ce parricide en usurpant le titre de roi. » Sur cela Bessus n'osant se disculper de cet attentat, répondit qu'il n'avait pris le titre de roi qu'afin de pouvoir lui remettre à lui-même sa nation, et que s'il eût tardé à le faire, un autre se serait emparé de la couronne. Cependant Alexandre fit approcher Oxathrès, frère de Darius, qui servait dans ses gardes du corps, et lui livra Bessus pour le mettre en croix, lui couper les oreilles et le nez, et le faire enfin tuer à coups de flèches par les barbares, qui garderaient si bien son corps que les oiseaux mêmes n'y pussent toucher. Oxathrès promit de se charger de tout le reste ; mais il ajouta que personne ne pouvait écarter les oiseaux que Catènes, dont il voulait par là faire connaître l'adresse extraordinaire ; en effet, il atteignait le but si sûrement, qu'il per-

Exsistat ab inferis,
qui fuit indignus
illo supplicio,
et qui est dignus
hoc solatio.

Alexander, [tum, Spitamène collaudato mul-
conversus ad Bessum :

« Cujus feræ rabies, inquit,
occupavit tuum animum,
quum sustinuisti
vincire prius,
deinde occidere regem
meritum optime de te?

Sed persolvisti tibi
mercedem hujus parricidii
falso nomine regis. »

Ille non ausus
purgare facinus,
dixit se usurpasse
titulum regis,
ut possit tradere ipsi
suam gentem ;
qui si cessasset,
alium fuisse occupaturum
regnum.

At Alexander jussit
Oxathrem, fratrem Darii,
quem habebat
inter custodes corporis,
accedere propius,
Bessumque tradi ei,
ut barbari
configerent sagittis
affixum cruci,
auribus naribusque
mutilatis,
asservarentque corpus,
ut ne quidem aves
contingerent.

Oxathres pollicetur
cetera fore curæ sibi.
Adjicit aves non posse
prohiberi ab alio
quam a Catene,
cupiens ostendere
artem eximiam ejus ;

Qu'il sorte des enfers
lui qui fut indigne
de ce supplice-là,
et qui est digne
de cette consolation-ci.

Alexandre, Spitamène ayant été loué beaucoup,
s'étant tourné vers Bessus :

« De quelle bête sauvage la rage, dit-il,
a saisi ton cœur, [rage]
lorsque tu as soutenu (tu as eu le cou-
d'enchaîner d'-abord,
ensuite de tuer un roi
ayant mérité très-bien de toi?

Mais tu as payé à toi
la récompense de ce parricide
par un faux nom de roi. »

Lui n'ayant pas osé
justifier son action,
dit lui avoir pris
le titre de roi,
afin-qu'il puisse livrer à lui-même
sa nation ;
lequel (lui Bessus) s'il avait différé,
un autre avoir été devant occuper
la royauté.

Mais Alexandre ordonna
Oxathrès, frère de Darius,
qu'il avait
parmi ses gardes du corps,
s'approcher de plus près,
et Bessus être livré à lui,
afin-que les barbares
perçassent de flèches
lui attaché à une croix,
les oreilles et les narines
ayant été mutilées,
et qu'ils gardassent son corps,
de manière que pas même les oiseaux
n'y touchassent.

Oxathrès promet [soit à lui-même.
toutes-les-autres-choses devoir être à
Il ajoute les oiseaux ne pouvoir
être écartés par un autre
que par Caténès,
désirant montrer
l'habileté remarquable de celui-là ;

artem cupiens ostendere; namque adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. Nam etsi forsitan sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri hæc ars possit, tamen ingens visentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. Dona deinde omnibus qui Bessum adduxerant data sunt. Ceterum supplicium ejus distulit, ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.

VI. Interea Macedones, ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti sunt quam occisi; barbari autem, captivos præ se agentes, rursus in montem recesserunt. Viginti millia latronum erant; fundis sagittisque pugnam invadunt. Quos dum obsidet rex, inter promptissimos dimicans, sagitta ictus est, quæ, in medio crure fixa, reliquerat spiculum. Illum quidem mæsti et attoniti Macedones in castra referebant; sed nec barbaros fellit subductus ex acie; quippe ex edito monte cuncta pro-

çait même les oiseaux au vol. Peut-être trouvera-t-on cette habileté moins admirable, si l'on songe combien l'usage de tirer de l'arc était commun chez ces peuples; cependant cela parut une merveille aux spectateurs et fit beaucoup d'honneur à Catènes. Ensuite on distribua des présents à tous ceux qui avaient amené Bessus. Mais le roi différa son supplice, afin qu'il pérît au lieu où il avait tué Darius.

VI. Cependant des Macédoniens qui s'étaient écartés en désordre pour fourrager, sont attaqués par des barbares descendus des montagnes voisines. Il y en eut plus de pris que de tués; et les ennemis faisant marcher leurs prisonniers devant eux, regagnèrent la montagne. C'étaient vingt mille brigands armés de frondes et de flèches. Le roi les investit, et comme il combattait parmi les plus résolus, il fut blessé d'une flèche qui s'enfonça au milieu de sa jambe et y laissa sa pointe. Les Macédoniens, affligés et effrayés, le portent au camp; mais les barbares s'aperçurent bien qu'on l'enlevait du champ de bataille, parce que du haut d'une colline élevée,

namque feriebat destinata
 ictu adeo certo
 ut exciperet quoque aves.
 Nam etsi hæc ars
 possit forsitan videri
 minus admirabilis
 usu tam celebri sagittandi,
 tamen ingens miraculum
 visentibus,
 fuitque magno honori
 Cateni.
 Deinde dona
 data sunt omnibus
 qui adduxerant Bessum.
 Ceterum distulit
 supplicium ejus,
 ut necaretur eo loco
 in quo ipse
 occiderat Darium.

VI. Interea Macedones,
 egressi agmine incomposito
 ad petendum pabulum,
 opprimuntur a barbaris
 qui decurrerunt
 de montibus proximis;
 pluresque capti sunt
 quam occisi;
 barbari autem,
 agentes captivos præ se,
 recesserunt rursus
 in montem.
 Erant viginti millia
 latronum;
 invadunt pugnam
 fundis sagittisque.
 Quos dum rex obsidet,
 dimicans
 inter promptissimos,
 ictus est sagitta,
 quæ fixa in medio crure
 reliquerat spiculum.
 Macedones quidem
 mæsti et attoniti
 referebant illum
 in castra;
 sed nec subductus ex acie

car il frappait les choses fixées (le but)
 d'un coup tellement sûr [seaux.
 qu'il recevait (atteignait) même les oi-
 Car quoique cette habileté
 puisse peut-être paraître
 moins étonnante
 par l'usage si fréquent de tirer-de-l'arc,
 cependant *ce fut* une grande merveille
 pour *ceux* voyant
 et *ce fut* à grand honneur
 à Caténès.
 Ensuite des dons
 furent donnés à tous *ceux*
 qui avaient amené Bessus.
 Du-reste il différa
 le supplice de lui,
 afin-qu'il fût tué dans ce lieu
 dans lequel lui-même
 avait tué Darius.

VI. Cependant des Macédoniens,
 étant sortis en troupe non-ordonnée
 pour chercher du fourrage,
 sont accablés par des barbares
 qui descendirent-en-courant
 des montagnes les plus proches;
 et plus furent pris
 que tués;
 or les barbares [mêmes,
 poussant les prisonniers devant eux-
 se-retirèrent de-nouveau
 sur la montagne.
 Ils étaient vingt milliers
 de brigands;
 ils vont-au combat
 avec des frondes et des flèches.
 Lesquels tandis-que le roi assiège,
 combattant
 parmi les plus résolus,
 il fut frappé d'une flèche,
 qui fixée dans le milieu de la jambe,
 avait laissé la pointe.
 Les Macédoniens à-la-vérité
 affligés et étonnés (effrayés)
 rapportaient lui
 dans le camp;
 mais ni enlevé du champ-de-bataille

spexerant. Itaque postero die misere legatos ad regem; quos ille protinus jussit admitti; solutisque fasciis, magnitudinem vulneris dissimulans, crus barbaris ostendit. Illi jussi considerare, affirmant, « Non Macedonas quam ipsos fuisse tristiores, cognito vulnere ipsius; cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse: cum diis enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius. » Rex, fide data et captivis receptis, gentem in deditionem accepit.

Castris inde motis, lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, cum quibus rex prœlia inire solitus erat, sui muneris id esse censebant; pedites contra, quum saucios commilitones ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium officium tum potissimum, quum rex gestandus esset, querebantur. Rex, in

ils avaient tout vu. Ils envoyèrent donc le lendemain des députés au roi, qui ordonna de les introduire sur-le-champ; et faisant enlever l'appareil de sa plaie, pour en dissimuler le danger, il leur montra sa jambe. Quand il les eût invités à s'asseoir, ils l'assurèrent que les Macédoniens n'avaient pas été plus touchés qu'eux-mêmes lorsqu'ils avaient su qu'il était blessé; que s'ils avaient pu trouver l'auteur de ce crime, ils le lui auraient livré; car il n'appartenait qu'à des sacrilèges de combattre contre les dieux; au reste ils remettaient leur nation à sa discrétion, s'avouant vaincus par sa valeur. Le roi leur donna sa foi, reprit ses prisonniers, et reçut la soumission de ce peuple.

Quand il eut décampé, on le mit sur un brancard, que chacun à l'envi, cavalier et fantassin, voulait porter. Les cavaliers, avec qui il avait coutume de combattre, prétendaient que c'était un de leurs privilèges; les fantassins de leur côté, étant dans l'usage de porter leurs camarades blessés, se plaignaient qu'on les dépouillât d'une fonction qui leur appartenait en propre, précisément quand il s'agissait de porter le roi. Le prince, dans une contestation si vive, jugeant que le choix était difficile pour lui, et choquerait ceux qui seraient laissés de côté, décida que les uns et les autres le porteraient tour à tour.

fefellit barbaros ;
quippe conspexerant cuncta
ex monte edito.

Itaque die postero misere
legatos ad regem ;
quos ille jussit
admitti protinus ;
fasciisque solutis,
dissimulans
magnitudinem vulneris,
ostendit crus barbaris.
Illi jussi considerare
affirmant.

« Macedonas non fuisse
tristiores quam ipsos,
vulnere ipsius cognito ;
cujus si reperissent
auctorem,
fuisse dedituros :
tantum enim sacrilegos
pugnare cum diis.
Ceterum se superatos
virtute illius
dedere gentem in fidem. »
Rex, fide data
et captivis receptis,
accepit gentem
in deditionem.

Castris motis inde,
ferebatur lectica militari,
quam eques pedesque
certabant subire
quisque pro se.
Equites cum quibus
rex solitus erat
inire proelia,
contendebant id esse
sui muneris ;
pedites contra,
quum ipsi assuevissent
gestare commilitones
saucios,
querebantur
officium proprium
eripi sibi,
tum potissimum quum rex
esset gestandus.

il ne trompa les barbares ;
car ils avaient aperçu toutes choses
d'une montagne élevée. [voyèrent

En-conséquence le jour d'après ils en-
des députés vers le roi ;
lesquels celui-là ordonna
être admis aussitôt ;
et les bandages ayant été déliés,
dissimulant (pour dissimuler)
la grandeur de la blessure,
il montra sa jambe aux barbares.
Eux ayant reçu-ordre de s'asseoir
affirment

les Macédoniens n'avoir pas été
plus tristes qu'eux-mêmes, [comme ;
la blessure de lui-même ayant été
de laquelle s'ils avaient trouvé
l'auteur,
eux avoir été devant le livrer :
seulement en-effet les sacrilèges
combattre avec les dieux.

Du-reste eux-mêmes surpassés (vaincus
par le courage de lui
livrer leur nation en sa foi.
Le roi, la foi ayant été donnée,
et les prisonniers ayant été reconvés,
reçut la nation
en soumission.

Le camp ayant été déplacé de-là,
il était porté dans une litière militaire,
laquelle cavalier et fantassin
s'efforçaient-à-l'envi de porter
chacun pour lui-même (de son côté).
Les cavaliers avec lesquels
le roi avait eu-coutume
d'aller-aux combats,
prétendaient cela être
de leur fonction ;
les fantassins de-leur-côté,
comme eux-mêmes étaient accoutumés
à porter leurs compagnons-d'armes
blessés,
se plaignaient
la fonction propre à eux
être enlevée à eux-mêmes,
alors de-préférence lorsque le roi
était devant être porté.

tanto utriusque partis certamine, et sibi difficilem et præteritis gravem electionem futuram ratus, invicem subire eos jussit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda¹ perventum est. Septuaginta stadia² murus urbis amplectitur; arx nullo cingitur muro. Præsidio urbi relicto, proximos vicus depopulatur atque urit. Legati deinde Abiorum³ Scytharum superveniunt, liberi ex quo decesserat Cyrus⁴, tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat; armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico et æquali usu, principibus humiliores pares fecerunt. Hos benigne allocutus, ad eos Scythas qui Europam incolunt Peridam quemdam misit ex amicis, qui denuntiaret eis ne Tanaïm⁵, amnem regionis, injussu regis transirent. Eidem mandatum ut contemplaretur locorum situm, et illos quoque Scythas, qui super Bosporo⁶ incolunt, viseret.

Condendæ urbi sedem super ripam Tanaïs elegerat, clau-

On arriva de là en quatre jours à la ville de Maracande. L'enceinte de ses murailles est de soixante et dix stades; la citadelle n'est point entourée de murs. Après avoir laissé une garnison dans la ville, il ravage et brûle les bourgades voisines. Il arriva ensuite une ambassade des Scythes abiens, qui, libres depuis la mort de Cyrus, venaient se soumettre. Ils étaient reconnus pour les plus justes des barbares; ils ne prenaient les armes que quand on les attaquait. L'usage modéré et équitable qu'ils faisaient de la liberté, donnait aux moindres d'entre eux les mêmes droits qu'aux chefs. Le roi leur parla avec bonté, et envoya Péridas, l'un de ses courtisans, signifier aux Scythes d'Europe de ne point passer sans ses ordres le Tanaïs, fleuve de leur pays. Il le chargea aussi d'observer la situation des lieux, et de visiter pareillement les autres Scythes qui habitent sur le Bosphore.

Il avait choisi sur le bord du Tanaïs un emplacement pour y

Rex ratus
 electionem futuram
 et difficilem sibi
 et gravem præteritis
 in tanto certamine
 utriusque partis,
 jussit eos subire invicem.
 Perventum est hinc
 die quarto
 ad urbem Maracanda.
 Murus urbis amplectitur
 septuaginta stadia;
 arx cingitur nullo muro.
 Præsidio relicto urbi,
 depopulatur atque urit
 vicos proximos.
 Deinde legati
 Scytharum Abiorum
 superveniunt,
 liberi ex quo Cyrus
 decesserat,
 facturi tum imperata.
 Constat justissimos
 barbarorum;
 abstinebant armis,
 nisi lacessiti.
 Fecerunt humiliores
 pares principibus
 usu modico et æquali
 libertatis.
 Allocutus hos benigne,
 misit quemdam Peridam
 ex amicis
 ad eos Scythas
 qui incolunt Europam,
 qui denuntiaret eis
 ne transirent injussu regis
 Tanaïm, amnem regionis.
 Mandatum eidem
 ut contempleretur
 situm locorum,
 et viseret
 illos Scythas quoque
 qui incolunt super Bosporo.
 Elegerat
 super ripam Tanaïis
 sedem urbi condendæ,

Le roi ayant pensé
 le choix devoir être
 et difficile à lui-même
 et pesant (pénible) à ceux omis
 dans une si grande rivalité
 de l'un-et-l'autre parti,
 ordonna eux porter *la litière* tour-à-tour.
 Il fut parvenu de-là
 le quatrième jour
 à la ville *de Maracande*.
 Le mur de la ville embrasse
 soixante-dix stades;
 la citadelle n'est entourée d'aucun mur.
 Une garnison ayant été laissée à la ville,
 il ravage et brûle
 les villages les plus proches.
 Ensuite des députés
 des Scythes abiens
 surviennent,
 libres depuis que Cyrus
 s'était retiré *de la vie*,
 devant faire alors les choses commandées.
 Il était constant *eux être* les plus justes
 des barbares;
 ils s'abstenaient des armes,
 sinon attaqués.
 Ils ont fait les *citoyens* plus petits
 égaux aux grands
 par un usage modéré et égal *pour tous*
 de la liberté.
 Ayant parlé-à ceux-ci avec-bonté,
 il envoya un certain Périidas
 d'entre *ses amis*
 vers ces Scythes
 qui habitent l'Europe,
 lequel déclarât (pour déclarer) à eux
 qu'ils ne passassent pas sans-l'-ordre
 le Tanaïs, fleuve de *leur pays*. [du roi
 Il fut recommandé au même
 qu'il contemplât
 la position des lieux,
 et visitât
 ces Scythes aussi
 qui habitent sur le Bosphore.
 Il avait choisi
 sur la rive du Tanaïs [fondée,
 un emplacement à une ville devant être

strum et jam perdomitorum, et quos deinde adire decreverat. Sed consilium distulit Sogdianorum nuntiata defectio, quæ Bactrianos quoque traxit. Septem millia equitum erant, quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamenum et Catenem, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem, coercendo eos qui novaverant res, jussit arcessiri. At illi, defectionis ad quam coercendam evocabantur auctores, vulgaverant fama, « Bactrianos equites a rege, omnes ut occiderentur, arcessiri; idque imperatum ipsis; non sustinuisse tamen exsequi, ne inexpiable in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri sævitiam quam Bessi parricidium ferre potuisse. » Itaque, sua sponte jam motos, metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma. Alexander, transfugarum defectione comperta, Craterum obsidere

bâtir une ville, qui tiendrait en respect les peuples déjà vaincus, et ceux qu'il se proposait encore d'attaquer. Mais l'exécution de ce projet fut différée par la nouvelle de la révolte des Sogdiens, qui entraîna aussi celle des Bactriens. Il y avait là sept mille cavaliers, dont les autres suivaient l'autorité. Alexandre manda Spitamène et Caténès, qui lui avaient livré Bessus, ne doutant pas qu'il ne leur fût facile de rétablir sa puissance en réprimant les instigateurs de la révolte. Mais c'étaient eux-mêmes qui étaient les auteurs du soulèvement qu'on les chargeait d'apaiser; ils avaient fait courir le bruit que le roi appelait auprès de lui les cavaliers Bactriens pour les massacrer tous jusqu'au dernier. Ils avaient, ajoutaient-ils, reçu l'ordre d'exécuter ce projet, mais ils n'avaient pu se résoudre à obéir et à se rendre coupables envers leurs compatriotes d'un crime irrémissible, aussi incapables de supporter la barbarie d'Alexandre que le parricide de Bessus. Cette crainte inspirée à des gens déjà disposés par eux-mêmes à la sédition, les porta aisément à prendre les armes. Alexandre, instruit de la trahison des transfuges, charge Cratère du siège de Cyropolis; et il va de son côté

claustrum
 et jam perdomitorum,
 et quos decreverat
 adire deinde.
 Sed defectio Sogdianorum
 nuntiata,
 quæ traxit quoque
 Bactrianos,
 distulit consilium. [rant,
 Septem millia equitum e-
 quorum ceteri
 sequebantur auctoritatem.
 Alexander jussit
 Spitamenem et Catenem
 a quibus Bessus
 traditus erat ei,
 arcessiri,
 haud dubius quin possent
 redigi in potestatem
 opera eorum,
 coercendo eos
 qui novaverant res.
 At illi,
 auctores defectionis
 ad quam coercendam
 evocabantur,
 vulgaverant fama
 « Equites Bactrianos
 arcessiri a rege
 ut omnes occiderentur ;
 idque imperatum ipsis ;
 non tamen sustinuisse
 exsequi,
 ne admitterent in populares
 scelus inexpiabile.
 Non potuisse ferre
 sævitiam Alexandri
 magis quam parricidium
 Bessi. »
 Itaque concitaverunt
 haud difficulter ad arma
 metu pœnæ
 motos jam sua sponte.
 Alexander,
 defectione transfugarum
 comperta,
 jubet Craterum

barrière
 et des *peuples* déjà domptés,
 et de *ceux* vers lesquels il avait résolu
 d'aller ensuite.
 Mais la défection des Sogdiens
 ayant été annoncée,
 laquelle entraîna aussi
 les Bactriens,
 différa ce projet.
 Sept milliers de cavaliers étaient,
 desquels tous-les-autres
 suivaient l'autorité.
 Alexandre ordonna
 Spitamène et Caténès,
 par lesquels Bessus
 avait été livré à lui,
 être mandés,
 ne doutant pas qu'ils (les Bactriens) ne
 être réduits en son pouvoir [pussent
 par le soin d'eux,
 en réprimant ceux
 qui avaient innové les choses.
 Mais ceux-là,
 auteurs de la révolte
 pour laquelle devant être réprimée
 ils étaient appelés,
 avaient répandu par la renommée
 « les cavaliers bactriens
 être mandés par le roi,
 afin-que tous fussent tués ;
 et cela avoir été commandé à eux-mêmes ;
 eux n'avoir pas cependant soutenu (eu le
 d'exécuter cela, [courage)
 de-peur-qu'ils ne commissent contre leurs
 un crime inexpiable. [compatriotes
 Eux n'avoir pu supporter
 la cruauté d'Alexandre
 plus que le parricide
 de Bessus. »
 En-conséquence ils poussèrent
 non difficilement aux armes
 par la crainte du châtement
 eux émus déjà de leur propre-mouve-
 Alexandre, [ment.
 la défection des transluges
 ayant été connue,
 ordonne Cratère

Cyropolim jubet; ipse aliam urbem¹ regionis ejusdem corona capit; signoque ut puberes interficerentur dato, reliqui in prædam cessere victori. Urbs diruta est, ut ceteri cladis exemplo continerentur. Memaceni², valida gens, obsidionem, non ut honestiorem modo, sed etiam ut tutiorem, ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex quinquaginta equites præmisit, qui clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos ostenderent. Illi nec de fide nec de potentia regis ipsos dubitare respondent; equitesque tendere extra munimenta urbis jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis et somno, intempesta nocte adorti, interfecerunt.

Alexander, haud secus quam par erat motus, urbem corona circumdedit, munitiorem quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum et Perdiccam³ in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes. Statuerat autem parcere urbi conditæ a Cyro; quippe non alium gen-

investir une autre ville de la même contrée, et s'en empare; à un certain signal tous ceux qui étaient en état de porter les armes furent mis à mort; le reste fut la proie du vainqueur. Il fit raser la ville pour contenir les autres par cet exemple de sévérité. Les Mémacéniens, peuple puissant, avaient résolu de soutenir le siège, regardant ce parti non-seulement comme le plus honorable, mais encore comme le plus sûr. Pour vaincre leur obstination, le roi fit prendre les devants à cinquante cavaliers, chargés de leur faire connaître sa clémence envers ceux qui se rendaient, et en même temps sa rigueur inexorable à l'égard des vaincus. Ils répondent qu'ils ne doutent ni de la bonne foi, ni du pouvoir du roi, et ils invitent les cavaliers à camper hors des fortifications de la ville. Ils les traitent ensuite avec honnêteté; puis quand ils les voient appesantis par la bonne chère et plongés dans le sommeil, ils les attaquent au milieu de la nuit et les massacrent.

Alexandre, indigné comme il devait l'être de cette perfidie, investit la ville, qui était trop bien fortifiée pour être prise d'emblée. Il s'adjoint pour ce siège Méléagre et Perdiccas qui, comme nous l'avons dit plus haut, assiégeaient Cyropolis. Or, il avait résolu de

obsidere Cyropolim ;
 ipse capit corona
 aliam urbem
 ejusdem regionis ;
 signoque dato
 ut puberes interficerentur,
 reliqui cessere in prædam
 victori.
 Urbs diruta est,
 ut ceteri continerentur
 exemplo cladis.
 Memaceri, gens valida,
 decreverant
 ferre obsidionem
 non modo ut honestiorem,
 sed etiam ut tutiorem.
 Ad pertinaciam quorum
 mitigandam,
 rex præmisit
 quinquaginta equites
 qui ostenderent
 clementiam ipsius
 in deditos,
 simulque animum
 inexorabilem
 in devictos.
 Illi respondent ipsos dubitare
 nec de fide
 nec de potentia regis ;
 jubentque equites tendere
 extra munimenta urbis.
 Adorti deinde
 nocte intempesta
 interfecerunt
 exceptos hospitaliter,
 gravesque epulis et somno.
 Alexander motus
 haud secus quam erat par,
 circumdedit corona
 urbem munitiorem
 quam ut posset capi
 primo impetu.
 Itaque jungit in obsidionem
 Meleagram et Perdiccam,
 obsidentes Cyropolim,
 ut dictum est ante.
 Statuerat autem parcere

assiéger Cyropolis ;
 lui-même prend par l'investissement
« Qu'Hermolaius n'approuve pas les supplices des parricides, supplices dont il s'est lui-même rendu digne, certes je n'en suis point surpris, puisqu'en faisant l'apologie de Parménion et de Philotas, il plaide sa propre cause. Quant à Alexandre Lynceste, qui avait deux fois attenté à ma vie, je lui ai fait grâce malgré deux dénonciations; et lorsqu'il a été convaincu d'une nouvelle tentative, j'ai encore différé son châtement pendant deux ans, jusqu'au moment où vous avez sollicité vous-mêmes la punition de son crime. Attale avait conspiré contre mes jours avant que je montasse sur le trône; vous vous en souvenez bien. Pour Clitus, plutôt au ciel qu'il ne m'eût pas poussé à bout! Quand il eut la témérité de nous injurier, vous aussi bien que moi, je l'endurai de sa part plus longtemps qu'il ne l'aurait enduré de la mienne si je l'avais traité de même. La clémence des rois et de ceux qui commandent ne tient pas seulement à leur caractère; elle tient encore à celui des sujets. L'obéissance adoucit la rigueur du commandement; mais quand le respect n'est plus dans les cœurs, et que l'on veut confondre tous les rangs, nous sommes obligés d'opposer la force à la force.

uti meo ingenio, [morare.
et est supervacuum comme-

«Admiror minime hercule
supplicia parricidarum
non probari Hermolao,
quum ipse meruerit eadem;
nam, quum laudat
Parmenionem et Philotam,
servit suæ causæ.

Liberavi vero
duobus indicibus
Alexandrum Lyncestem
insidiatum
bis meo capiti;
distuli tamen
per biennium
convictum rursus,
donec vos postularetis
ut lueret tandem scelus
supplicio debito.

Meministis
Attalum fuisse hostem
meo capiti,
antequam essem rex.
Utinam Clitus
non coegisset me
irasci sibi!
cujus tuli
linguam temerariam
dicentem probra
mibi et vobis
diutius quam ille tulisset
me dicentem eadem.

Clementia
regum ducumque
sita est in ingeniis
non modo ipsorum,
sed etiam illorum
qui parent.

Imperia mitigantur
obsequio;
ubi vero reverentia
excessit animis,
et confundimus
ima summis,
opus est vi
ut repellamus vim.

de me servir de mon caractère,
et il est superflu de le rappeler. [Hercule

« Je ne m'étonne pas-du-tout par-
les supplices des parricides
n'être pas approuvés à (par) Hermolaüs,
attendu-que lui-même a mérité les mé-
car, lorsqu'il loue [mes;
Parménion et Philotas,
il sert sa cause.

Or j'ai délivré
de deux dénonciateurs
Alexandre Lynceste
ayant tendu-des-embûches
deux-fois à ma tête;
j'ai différé cependant
pendant l'espace-de-deux-ans
lui convaincu de-nouveau,
jusqu'à ce que vous demandassiez
qu'il expiât enfin son crime
par un supplice dû.

Vous vous souvenez
Attale avoir été ennemi
à ma tête,
avant que je fusse roi.
Plût-aux-dieux-que Clitus
n'eût pas forcé moi
à me fâcher contre lui-même!
duquel j'ai supporté
la langue téméraire
disant des injures
à moi et à vous
plus longtemps que lui n'aurait supporté
moi disant les mêmes choses.

La clémence
des rois et des chefs
est placée dans les caractères
non-seulement d'eux-mêmes
mais encore de ceux
qui obéissent.

Les commandements sont adoucis
par la soumission;
mais dès-que le respect
est sorti des cœurs,
et que nous confondons [hautes,
les choses les plus basses avec les plus
il est besoin de force
pour-que nous repoussions la force.

« Sed quid ego mirer istum crudelitatem mihi objecisse, qui avaritiam exprobrare ausus sit? Nolo singulos vestrum excitare, ne invisam liberalitatem meam faciam, si pudori vestro gravem fecero. Totum exercitum adspicite; qui paulo ante nihil præter arma habebant, nunc argenteis cubant lectis, mensas auro onerant, greges servorum ducunt, spolia de hostibus sustinere non possunt.

« At enim Persæ quos vicimus in magno honore sunt apud me! Equidem moderationis meæ certissimum indicium est, quod ne victis quidem superbe impero. Veni enim in Asiam, non ut funditus everterem gentes, nec ut dimidiam partem terrarum solitudinem facerem, sed ut illos quoque, quos bello subegissem, victoriæ meæ non pœniteret. Itaque militant vobiscum, pro imperio vestro sanguinem fundunt, qui, superbe habiti, rebellassent. Non est diuturna possessio in quam gladio inducimur, beneficiorum gratia sempiterna est.

« D'ailleurs comment serais-je étonné qu'Hermolais m'accuse de cruauté, puisqu'il a osé me reprocher mon avarice? Je n'invoquerai pas le témoignage de chacun de vous en particulier, pour ne pas rendre mes bienfaits odieux en vous forçant d'en rougir. Regardez l'armée tout entière; tels qui naguère n'avaient que leurs armes, sont couchés aujourd'hui sur des lits d'argent; leurs tables sont chargées de vaisselle d'or; ils traînent à leur suite des troupeaux d'esclaves, ils plient sous le poids des dépouilles des ennemis.

« Mais, dit-on, les Perses que nous avons vaincus sont en grand honneur auprès de moi! Sans contredit, la plus forte preuve de ma modération, c'est que je commande sans orgueil même aux vaincus. Car je suis venu en Asie, non pour exterminer les nations ni pour faire un désert de la moitié de la terre, mais pour que ceux mêmes que je soumettrais par les armes n'eussent pas à regretter ma victoire. Aussi combattent-ils avec vous, versent-ils leur sang pour affermir votre empire; au lieu qu'en les traitant avec hauteur on les aurait révoltés. Les conquêtes de l'épée ne sont pas durables, la reconnaissance des bienfaits est éternelle. Si

« Sed quid ego mirer
 istum objecisse mihi
 crudelitatem,
 qui ausus sit
 exprobrare avaritiam ?
 Nolo excitare
 singulos vestrum
 ne faciam
 meam liberalitatem invisam,
 si fecero gravem
 vestro pudori.
 Adspicite exercitum totum ;
 qui paulo ante
 habebant nihil præter arma,
 cubant nunc
 lectis argenteis,
 onerant mensas auro,
 ducunt greges servorum,
 non possunt sustinere
 spolia de hostibus.

« At enim Persæ
 quos vicimus,
 sunt in magno honore
 apud me !
 Equidem est indicium
 certissimum
 meæ moderationis,
 quod impero superbe
 ne quidem victis.
 Veni enim in Asiam,
 non ut everterem gentes,
 funditus,
 nec ut facerem solitudinem
 dimidiam partem terræ,
 sed ut illos quoque,
 quos subegissem bello,
 non pœniteret meæ victoriæ.
 Itaque militant vobiscum,
 fundunt sanguinem
 pro vestro imperio,
 qui habiti superbe
 rebellassent.
 Possessio
 in quam inducimur gladio
 non est diuturna,
 gratia beneficiorum
 est sempiterna.

« Mais pourquoi moi m'étonnerais-je
 lui avoir reproché à moi
 ma cruauté,
 attendu-que-lui a osé
 me reprocher mon avarice ?
 Je ne-veux pas faire-lever
 les-uns-après-les-autres d'entre vous,
 de-peur-que je ne rende
 ma libéralité odieuse,
 si je l'aurai rendue pesante
 à votre pudeur (votre amour-propre).
 Regardez l'armée tout-entière ;
 ceux qui un peu auparavant
 n'avaient rien excepté des armes,
 sont-couchés maintenant
 sur des lits d'argent,
 chargent les tables d'or,
 conduisent des troupeaux d'esclaves,
 ne peuvent soutenir
 les dépouilles faites sur les ennemis.

« Mais en-effet les Perses
 que nous avons vaincus,
 sont en grand honneur
 auprès de moi !
 Certes cela est l'indice
 le plus sûr
 de ma modération,
 que je ne commande orgueilleusement
 pas même aux vaincus.
 Je suis venu en-effet en Asie,
 non pour-que je renversasse les nations
 de fond-en-comble,
 ni pour-que je fisse une solitude
 de la demi-partie de la terre,
 mais pour-que ceux-là aussi
 que j'aurais subjugués par la guerre,
 ne se repentissent pas de ma victoire.
 En-conséquence ils servent avec-vous,
 ils répandent leur sang
 pour votre empire,
 eux qui traités orgueilleusement
 se seraient révoltés.

La possession [l'épée
 dans laquelle nous sommes placés par
 n'est pas de-longue-durée,
 la reconnaissance des bienfaits
 est éternelle.

Si habere Asiam, non transire volumus, cum his communicanda est nostra clementia; horum fides stabile et æternum faciet imperium. Et sane plus habemus quam capimus; insatiabilis autem avaritiæ est adhuc implere velle quod jam circumfluit.

« Verumtamen eorum mores in Macedonas transfundo! In multis enim gentibus esse video quæ non erubescamus imitari; nec aliter tantum imperium apte regi potest, quam ut quædam et tradamus illis et ab iisdem discamus.

« Illud pæne dignum risu fuit, quod Hermolaus postulabat a me, ut aversarer Jovem, cujus oraculo agnoscor. An etiam quid dii respondeant in mea potestate est? Obtulit nomen filii mihi; recipere ipsis rebus quas agimus haud alienum fuit. Utinam Indi quoque deum esse me credant! Fama enim bella constant, et sæpe etiam quod falso creditum est veri vicem obtinuit.

« An me, luxuriæ indulgentem, putatis arma vestra auro

nous voulons posséder l'Asie, et non la traverser, il faut que ces peuples aussi éprouvent la douceur de notre gouvernement. C'est leur fidélité qui affermira à jamais notre empire. Et en vérité nous avons plus de biens que nous ne pouvons en embrasser; or, c'est une avidité insatiable que de vouloir verser encore dans un vase qui déborde déjà.

« Mais, ajoutez-on, je fais passer leurs usages chez les Macédoniens! C'est que je vois chez beaucoup de nations des choses que nous ne devons pas rougir d'imiter, et qu'il n'est pas possible de gouverner d'une manière convenable un si grand empire, sans leur donner quelque chose de nous, et apprendre d'eux quelque chose en échange.

« C'est une chose presque risible, qu'Hermolaüs m'ait demandé de désavouer Jupiter, qui me reconnaît par son oracle. Suis-je donc aussi le maître de régler les réponses des dieux? Il m'a offert le nom de son fils; il n'était pas indifférent au succès de nos affaires que je l'acceptasse. Et fasse le ciel que les Indiens aussi me regardent comme un dieu! Car à la guerre la réputation est tout, et souvent une opinion fausse n'a pas eu moins d'effet que la vérité.

« Pensez-vous que ce soit pour favoriser le luxe que j'ai enrichi

Si volumus habere Asiam,
non transire,
nostra clementia
est communicanda cum his;
fides horum
faciet imperium
stabile et æternum.
Et sane habemus plus
quam capimus;
velle autem implere adhuc
quod circumfluit jam,
est avaritiæ insatiabilis.

« Verumtamen transfundo
mores eorum
in Macedonas !
Video enim
esse in multis gentibus
quæ non erubescamus
imitari ;
nec imperium tantum
potest regi apte
aliter quam ut
et tradamus quædam illis,
et discamus ab iisdem.

« Illud fuit
pene dignum risu,
quod Hermolaus
postulabat a me,
ut aversarer Jovem,
oraculo cujus agnoscor.
An est etiam
in mea potestate
quid dii respondeant?
Obtulit mihi nomen filii ;
haud fuit alieuum
rebus ipsis quas agimus
recipere.
Utinam Indi quoque
credant me esse deum !
Bella enim constant fama ;
et sæpe etiam
quod creditum est falso
obtinuit vicem veri.

« An putatis me
indulgentem luxuriæ,
adornasse auro argentoque
vestra arma?

Si nous voulons avoir l'Asie,
non y passer,
notre clémence
est à faire-éprouver-aussi à ceux-ci ;
la fidélité de ceux-ci
fera l'empire
stable et éternel.
Et certes nous avons plus
que nous ne contenons ;
or vouloir remplir encore
ce qui déborde déjà,
est d'une avarice insatiable.

« Mais je fais-passer
les mœurs d'eux
chez les Macédoniens !
Je vois en-effet
être dans beaucoup de nations [gir
des choses que nous ne devons-pas-rou-
d'imiter ;
ni un empire si-grand
ne peut être régi convenablement
autrement qu'à *savoir* que [choses à eux,
et nous livrions (apprenions) certaines
et que nous *en* apprenions de *ces* mêmes.

« Cela a été
presque digne de rire,
qu'Hermolaüs
exigeait de moi,
que je repoussasse Jupiter,
par l'oracle duquel je suis reconnu.
Est-ce qu'il est aussi
en mon pouvoir
quelle chose les dieux répondent ?
Il a offert à moi le nom de fils ;
il n'a pas été étranger (indifférent)
aux choses elles-mêmes que nous faisons
de *le* recevoir.
Fasse-le-ciel-que les Indiens aussi
croient moi être dieu ! [nommée ;
Les guerres en-effet reposent sur la re-
et souvent même
ce qui a été cru fausement
a tenu lieu du vrai.

« Est-ce-que vous pensez moi
favorisant le luxe,
avoir orné d'or et d'argent
vos armes?

argentoque adornasse? Assuetis nihil vilius hac videre materia volui ostendere, Macedonas, invictos ceteris, nec auro quidem vinci. Oculos ergo primum eorum sordida omnia et humilia spectantium capiam, et docebo nos non auri aut argenti cupidos, sed orbem terrarum subacturos venisse. Quam gloriam tu parricida intercipere voluisti, et Macedonas, rege adempto, devictis gentibus dedere.

« At nunc mones me ut vestris parentibus parcam! Non oportebat quidem vos scire quid de his statuisssem, quo tristiores periretis, si qua vobis parentum memoria et cura est; sed olim istum morem occidendi cum scelestis insontes propinquos parentesque solvi^t; et profiteor in eodem honore futuros omnes eos in quo fuerunt.

« Nam tuum Callisthenem, cui uni vir videris, quia latro es, scio cur produci velis, ut coram his probra quæ modo in me jecisti, modo audisti, illius quoque ore referantur. Quem, si Macedo esset, tecum introduxissem, dignissimum

vos armes d'or et d'argent? J'ai voulu seulement montrer à des peuples accoutumés à ne voir rien de plus commun que ces métaux qu'on ne peut pas même l'emporter par l'or sur les Macédoniens invincibles pour tout le reste. Je surprendrai donc d'abord leurs yeux, qui ne s'attendent à voir sur nous que des choses viles et de peu de valeur; et je leur apprendrai que nous sommes venus, non par amour de l'or ou de l'argent, mais pour soumettre toute la terre. Voilà la gloire que tu as voulu nous dérober par ton parricide; et tu allais, en ôtant la vie à leur roi, livrer les Macédoniens à la merci des nations vaincues.

« Mais maintenant tu m'avertis d'épargner vos pères. Vous n'auriez pas dû savoir ce que j'ordonnerai d'eux, afin que vous mourussiez avec plus de regret, si vous avez encore pour vos pères quelque souvenir et quelque souci; mais il y a longtemps que j'ai aboli l'usage de faire périr avec les coupables leurs pères et leur proches innocents, et je déclare hautement que vos parents conserveront tous le rang où ils étaient.

« Quant à ton Callisthène, qui seul te juge homme parce que tu es un assassin, je sais bien pourquoi tu voudrais qu'on le fit comparaître; ce serait afin qu'il répût à son tour, en présence de cette assemblée, les injures que tu as proférées contre moi, ou que tu lui as entendu dire. S'il était Macédonien, j'aurais fait entrer

Volui ostendere assuetis
videre nihil vilius
hac materia,
Macedonas invictos ceteris,
nec vinci quidem auro.
Cipiam ergo primum
oculos eorum spectantium
omnia sordida et humilia;
et docebo nos venisse
non cupidos auri aut argenti,
sed subacturos
orbem terrarum.

Quam gloriam tu parricida
voluisti interciperi,
et dedere Macedonas
gentibus devictis,
rege adempto.

« At nunc mones me
ut parcam vestris parenti-
Non oportebat quidem [bus.
vos scire
quid statuissem de his,
quo periretis tristiores,
si qua memoria
et cura parentum
est vobis;
sed solvi olim istum morem
occidendi cum scelestis
propinquos parentesque
innocentes;
et profiteor
omnes eos futuros
in eodem honore
in quo fuerunt.

« Nam scio cur velis
tuum Callisthenem,
cui uni videris vir,
quia es latro,
produci,
ut probra
quæ modo jecisti in me,
modo audisti,
referantur coram his
ore illius quoque.
Quem introduxissem tecum,
si esset Macedo,
magistrum dignissimum

J'ai voulu montrer aux *Indiens* habitués
à ne rien voir de plus vil (plus commun)
que cette matière, [les-autres-choses
les Macédoniens non-vaincus sur toutes
n'être pas vaincus même par l'or.

Je prendrai donc d'abord
les yeux d'eux regardant
toutes choses viles et basses;
et j'enseignerai nous être venus
non désireux d'or ou d'argent,
mais devant soumettre
le globe des terres.

Laquelle gloire toi *étant* parricide
tu as voulu intercepter,
et livrer les Macédoniens
aux nations vaincues,
le roi ayant été enlevé.

« Mais maintenant tu avertis moi
que j'épargne vos pères.
Il ne fallait pas certes
vous savoir
quelle chose j'aurais résolue sur eux,
afin-que-par-là vous périssiez plus tris-
si quelque mémoire [tes,
et *quelque* souci de vos pères
est à vous; [cette coutume
mais j'ai délié (aboli) depuis-longtemps
de tuer avec les coupables
les proches et les pères
innocents;
et je déclare
tous ceux-là devoir être
dans le même honneur
dans lequel ils ont été.

« Car je sais pourquoi tu veux
ton Callisthène,
auquel seul tu parais un homme,
parce-que tu es un brigand,
être amené,
afin-que les outrages
que tantôt tu as proférés contre moi,
tantôt tu as entendu *proférer par lui*,
soient répétés devant ceux-ci
par la bouche de lui aussi. [avec-toi,
Lequel *Callisthène* j'aurais introduit
s'il était Macédonien,
maître très-digne

te discipulo magistrum; nunc Olynthio non idem juris est. »

Post hæc, concilium dimisit, tradique damnatos hominibus qui ex eadem cohorte erant jussit. Illi, ut fidem suam sævitia regi approbarent, excruciatos necaverunt. Callisthenes quoque tortus interiit, initi consilii in caput regis innoxius, sed haudquaquam aulæ et assentantium accommodatus ingenio. Itaque nullius cædes majorem apud Græcos Alexandro excitavit invidiam, quod præditum optimis moribus artibusque, a quo revocatus ad vitam¹ erat, quum, interfecto Clito, mori perseveraret, non tantum occiderit, sed etiam torserit, indicta quidem causa; quam crudelitatem sera pœnitentia consecuta est.

IX. Sed ne otium, serendis rumoribus natum, aleret, in Indiam movit, semper bello quam post victoriam clarior. India tota ferme spectat orientem, minus in latitudinem quam recta regione spatiosa. Quæ Austrum accipiunt, in al-

avec toi un maître si digne de t'avoir pour disciple ; mais un Olynthien ne jouit pas du même privilège. »

Il congédia ensuite l'assemblée, et livra les condamnés aux hommes de leur cohorte ; ceux-ci, pour prouver au roi leur fidélité par leur cruauté, les firent expirer dans d'horribles supplices. On fit aussi mourir dans la torture Callisthène ; il était innocent de l'attentat contre la personne du roi, mais il n'était pas fait pour vivre à la cour et au milieu des flatteurs. Aussi nulle autre mort ne rendit Alexandre plus odieux aux Grecs ; car non-seulement il avait fait périr, mais encore il avait torturé sans forme de procès un homme remarquable par sa vertu et sa science, et qui l'avait rappelé à la vie lorsqu'il s'obstinait à mourir après le meurtre de Clitus. Il se repentit de cette cruauté, mais trop tard.

IX. Mais pour ne pas fomentier l'oisiveté, pendant laquelle les propos séditieux se répandent si facilement, ce prince, toujours plus grand dans la guerre qu'après la victoire, prit la route de l'Inde. Ce pays, plus étendu en longueur qu'en largeur, est presque entièrement tourné vers l'orient. La partie méridionale est excessivement élevée ; tout le reste est en plaine, et plusieurs

te discipulo ;
 nunc idem juris
 non est Olynthio. »
 Post hæc,
 dimisit concilium,
 jussitque damnatos
 tradi hominibus
 qui erant ex eadem cohorte.
 Illi ut approbarent regi
 suam fidem sævitia,
 necaverunt excruciatos.
 Callisthenes quoque
 tortus interiit,
 innocens consilii initi
 in caput regis,
 sed haudquaquam
 accommodatus aulæ
 et ingenio assentantium,
 Itaque cædes nullius
 excitavit Alexandro
 invidiam majorem
 apud Græcos,
 quod non tantum occiderit,
 sed etiam torserit,
 causa quidem indicta,
 præditum moribus optimis
 artibusque,
 a quo revocatus erat
 ad vitam,
 quum, Clito interfecto,
 perseveraret mori ;
 quam crudelitatem [est.
 pœnitentia sera consecuta

IX. Sed ne aleret otium,
 natum rumoribus serendis,
 movit in Indiam,
 semper clarior bello
 quam post victoriam.
 India ferme tota
 spectat orientem,
 minus spatiosa
 in latitudinem
 quam regione recta.
 Quæ accipiunt Austrum,
 excedunt in fastigium terræ
 altius ;

de toi *comme élève* ;
 maintenant la même chose du droit
 n'est pas à *lui Olynthien*. »

Après ces choses,
 il congédia l'assemblée,
 et il ordonna *eux* condamnés
 être livrés aux hommes
 qui étaient de la même cohorte.
 Ceux-ci afin-qu'ils prouvassent au roi
 leur foi par *leur* cruauté,
 tuèrent *eux* torturés.
 Callisthène aussi
 ayant été torturé périt,
 innocent du projet formé
 contre la tête du roi,
 mais nullement
 approprié à la cour
 et à l'esprit des flatteurs.
 En-conséquence le meurtre d'aucun
 n'excita contre Alexandre
 une haine plus grande
 chez les Grecs,
 parce-que non-seulement il tua,
 mais encore il tortura,
 la cause même n'ayant-pas-été-plaidée,
 un *homme* doué des mœurs les meilleu-
 et des facultés *les meilleures*, [res
 par lequel il avait été rappelé
 à la vie,
 lorsque, Clitus ayant été tué,
 il s'obstinait à mourir ;
 laquelle cruauté
 un repentir tardif suivit.

[l'oisiveté,
 IX. Mais pour-qu'il ne nourrit pas
 née pour les rumeurs devant être se-
 il leva *le camp* pour l'Inde, [mées,
 toujours plus brillant dans la guerre,
 qu'après la victoire.
 L'Inde presque tout-entière
 regarde l'orient,
 moins spacieuse
 en largeur
 que par la direction droite.
 Les *parties* qui reçoivent l'auster,
 s'élèvent en un niveau de terre
 plus haut ;

tius terræ fastigium excedunt; plana sunt cetera, multisque inclytis amnibus, Caucaso monte¹ ortis, placidum per campos iter præbent. Indus gelidior est quam ceteri; aquas vehit a colore maris haud multum abhorrentes. Ganges amnis, ab ortu eximius, ad meridianam regionem decurrit, et magnorum montium juga recto alveo stringit. Inde eum objectæ rupes inclinant ad orientem; utque Rubro mari² accipitur, findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet; saxis quoque impeditus, crebro reverberatur; ubi mollius solum reperit, stagnat insulasque molitur. Acesines³ eum auget; Ganges decursurum in mare intercipit, magnoque motu amnis uterque colliditur; quippe Ganges asperum os influenti objicit, nec repercussæ aquæ cedunt. Dyardenes minus celebris auditu est, quia per ultima Indiæ currit; ceterum non crocodilos modo, uti Nilus, sed etiam delphines ignotasque aliis gentibus belluas alit.

fleuves célèbres, qui sortent du Caucase, y ont un cours paisible. L'Indus est plus froid que les autres; la couleur de ses eaux n'est pas fort différente de celle de la mer. Le Gange, considérable dès sa source, prend son cours vers le midi, et coule directement le long d'une chaîne de hautes montagnes; ensuite il rencontre des rochers qui le détournent vers l'orient; et lorsqu'il est sur le point de se décharger dans la mer Rouge, il se partage et engloutit un grand nombre d'arbres et une grande quantité de terre; des pierres qui font obstacle à son cours, refoulent mille fois ses flots; quand il roule sur un fond plus uni, il s'étend et forme des îles. L'Acésine le grossit; le Gange l'arrête au moment où il va se jeter dans la mer, et les deux fleuves à leur confluent s'entre-choquent avec violence; car le Gange oppose à l'Acésine une forte barrière, sans que les eaux de celui-ci quoique repoussées cèdent jamais. Le Dyardène est moins renommé, parce qu'il traverse l'extrémité de l'Inde; il nourrit dans son sein, non-seulement des crocodiles, comme le Nil, mais encore des dauphins et d'autres animaux inconnus ailleurs. L'Éthimante, qui coule en serpentant, est affaibli dans

cetera sunt plana,
 præbentque
 iter placidum per campos
 multis amnibus inclytis,
 ortis monte Caucaso.
 Indus est gelidior
 quam ceteri;
 vehit aquas
 abhorrentes haud multum
 a colore maris.
 Amnis Ganges,
 eximius ab ortu,
 decurrit
 ad regionem meridianam,
 et stringit alveo recto
 juga magnorum montium.
 Rupes objectæ
 inclinant eum inde
 ad orientem;
 utque accipitur mari Rubro,
 findens ripas,
 exsorbet multas arbores
 cum magna parte soli.
 Impeditus quoque saxis,
 reverberatur crebro;
 ubi reperit solum mollius,
 stagnat
 moliturque insulas.
 Acesines auget eum;
 Ganges intercipit
 decursurum in mare;
 uterqueque amnis
 colliditur magno motu.
 Quippe Ganges
 præbet os asperum
 influenti,
 nec aquæ repercussæ cedunt.
 Dyardenes est
 minus celebris auditu,
 quia currit
 per ultima Indiæ;
 ceterum alit
 non modo crocodilos,
 uti Nilus,
 sed etiam delphines,
 belluasque ignotas
 aliis gentibus.

toutes-les-autres sont plates,
 et présentent
 une route paisible à travers des plaines
 à beaucoup de fleuves célèbres,
 nés du mont Caucase.
 L'Indus est plus froid
 que tous-les-autres;
 il roule des eaux
 différenciant non beaucoup
 de la couleur de la mer.
 Le fleuve du Gange,
 remarquable dès sa naissance,
 descend
 vers la contrée méridionale,
 et rase par un lit droit
 des chaînes de grandes montagnes.
 Des rochers placés-devant
 inclinent lui de-là
 vers l'orient;
 et comme il est reçu par la mer Rouge,
 fendant (divisant) ses rives,
 il engloutit beaucoup d'arbres
 avec une grande partie du sol.
 Empêché aussi par des rochers,
 il est refoulé fréquemment;
 dès-qu'il trouve un sol plus doux,
 il devient-stagnant
 et il forme des îles.
 L'Acesine augmente lui;
 le Gange intercipite
 lui devant descendre dans la mer;
 et l'un-et-l'autre fleuve [ment.
 s'entrechoque avec un grand mouve-
 Car le Gange
 présente une entrée rude
 à l'Acesine se jetant dedans,
 ni les eaux repoussées ne cèdent.
 Le Dyardène est
 moins célèbre par la renommée,
 parce-qu'il court
 à-travers les dernières parties de l'Inde;
 du-reste il nourrit
 non-seulement des crocodiles,
 comme le Nil,
 mais encore des dauphins,
 et des bêtes-énormes inconnues
 aux autres nations.

Ethimanthus, crebris flexibus subinde curvatus, ab accolis rigantibus carpitur; ea causa est cur tenues reliquias jam sine nomine in mare emittat. Multis præter hos annibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt.

Ceterum, quæ propiora sunt mari, aquilones maxime deurrunt; ii, cohibiti jugis montium, ad interiora non penetrant, ita alendis frugibus mitia. Sed adeo in illa plaga mundus stas temporum vices mutat ut, quum alia fervore solis exæstuant, Indiam nives obruant; rursusque, ubi cetera rigent, illic intolerandus æstus existat; nec cur ulli se naturæ causa ingessit. Mare certe quo alluitur ne colore quidem abhorret a ceteris; ab Erythra¹ rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Terra lini ferax; inde plerisque sunt vestes. Libri arborum teneri, haud secus quam chartæ, litterarum notas capiunt. Aves ad imitandum humanæ vocis sonum dociles sunt, animalia inu-

son cours par des saignées que les habitants y font pour arroser leurs terres; de là vient que le peu qui reste de ses eaux n'a plus de nom à son embouchure dans la mer. Outre ces fleuves, tout le pays est coupé par quantité d'autres rivières, mais qui sont peu connues, parce que leur cours est moins étendu.

Du reste, les plages qui avoisinent la mer sont desséchées principalement par les vents du nord; les terres de l'intérieur qui en sont garanties par les montagnes, sont propres à la culture. Mais dans cette contrée la nature change tellement l'ordre des saisons, que quand les autres pays sont brûlés par le soleil, l'Inde est couverte de neige; et, que réciproquement il y fait une chaleur insupportable, pendant que l'hiver règne ailleurs, sans que personne ait encore trouvé la raison de ce phénomène. Il est certain que la mer qui baigne les côtes n'a pas une couleur différente de celle des autres mers; son nom lui vient du roi Érythras; c'est ce qui fait croire aux ignorants que les eaux en sont rouges. Le sol produit beaucoup de lin, et la plupart des habitants en sont revêtus. Les écorces tendres des arbres reçoivent l'écriture comme des feuilles de

Ethimanthus curvatus su-
flexibus crebris, [binde
carpitur
ab accolis rigantibus;
ea causa est cur
emittat in mare
reliquias tenues
jam sine nomine.

Regio tota dividitur
amnis multo præter hos,
sed ignobilibus,
quia non interfluunt adeo.

Ceterum,
aquilones maxime
deurunt quæ sunt
propiora mari:
ii, cohibiti jugis montium,
non penetrant ad interiora,
mitia ita
frugibus alendis.

Sed mundus mutat adeo
in illa plaga
vices statas temporum,
ut nives obruant Indiam,
quum alia exæstuant
fervore solis;

rursusque
æstus intolerandus
existat illic,
ubi cetera rigent;
nec causa naturæ cur
se ingessit ulli.
Certe mare quo alluitur
abhorret a ceteris
ne quidem colore;
nomen inditum est
ab rege Erythra,
propter quod ignari credunt
aquis rubere.

Terra ferax lini;
vestes sunt plerisque
inde.

Libri teneri arborum
capiunt notas litterarum,
haud secus quam chartæ.
Aves sunt
dociles ad imitandum

L'Éthimante, courbé successivement
par des détours fréquents,
est divisé *en canaux*
par les riverains arrosant *leur terre*;
cette cause est pourquoi
il envoie dans la mer
des restes faibles
déjà sans nom.

La contrée tout-entière est divisée
par des fleuves nombreux outre ceux-ci,
mais inconnus, [tellement.
parce-qu'ils ne coulent-pas-dans le *pays*

Du-reste,
les aquilons surtout
brûlent *les parties* qui sont
plus proches à (de) la mer; [montagnes,
ceux-ci, arrêtés par les chaînes des
ne pénètrent pas dans les parties inté-
douces (bonnes) ainsi [rieures,
aux fruits-de-la-terre devant être nour-
Mais le ciel change tellement [ris.
dans cette contrée

les successions réglées des saisons,
que les neiges couvrent l'Inde,
lorsque d'autres *parties* sont-brûlées
par l'ardeur du soleil;
et d'un-autre-côté
qu'une chaleur intolérable

se produit là, [glacées;
dès-que toutes-les-autres-*parties* sont-
ni la cause de la nature pourquoi *cela*
ne s'est présentée à personne. [à lieu

Du-moins la mer, par laquelle elle est
ne diffère des autres [baignée
pas même par la couleur;
le nom *lui* a été donné
du roi Érythras, [croient

à cause duquel *nom* les ignorants
ses eaux être rouges.

La terre *est* fertile en lin;
les vêtements sont à la plupart
de-là (de cette plante).

Les écorces tendres des arbres
prennent les caractères des lettres, [rus.
non autrement que les feuilles-de-papy-
Des oiseaux sont
aptes-à-apprendre à imiter

sitata ceteris gentibus, nisi invecta; eadem terra et rhinocerotas alit, non generat. Elephantorum major est vis quam quos in Africa domitant, et viribus magnitudo respondet. Aurum flumina vehunt, quæ leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt. Gemmas margaritasque mare littoribus infundit; neque alia illis major opulentia causa est, utique postquam vitiorum commercium vulgavere in exterarum gentes; quippe æstimantur purgamenta æstuantis freti pretio quod libido constituit. Ingenia hominum, sicut ubique, apud illos locorum quoque situs format. Corpora usque pedes carbaso velant; soleis pedes, capita linteis vinciunt; lapilli ex auribus pendent; brachia quoque et lacertos auro colunt quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Capillum pectunt sæpius quam tondent; mentum semper intonsum est; reliquam oris cutem ad speciem lævitatatis exæquant.

papier. On y trouve des oiseaux qui apprennent aisément à imiter la voix humaine, et des animaux inconnus dans les autres pays, si on ne les y transporte; on y élève aussi des rhinocéros, mais ils n'y naissent point. Les éléphants y sont plus vigoureux que ceux que l'on apprivoise en Afrique, et leur grandeur est proportionnée à leur force. Il roule de l'or dans les rivières, dont les eaux lentes ont un cours paisible et modéré. La mer jette sur ses bords des pierres précieuses et des perles; et c'est pour les habitants la source la plus abondante de richesses, surtout depuis qu'ils ont infecté de leurs vices les nations étrangères; car ces rebuts que dépose la mer dans son flux se vendent au prix que le caprice leur assigne. Là, comme partout, le caractère de l'homme se ressent de l'influence du climat. Les habitants se couvrent de robes de lin qui descendent jusqu'aux talons; ils ont des sandales aux pieds, et s'enveloppent la tête avec des morceaux de toile; ils portent aux oreilles des pierreries, et ceux que leur puissance ou leur richesse élèvent au-dessus des autres, se parent les poignets et les bras de bracelets d'or. Ils peignent leur chevelure plus habituellement qu'ils ne la coupent; jamais ils ne se rasent le menton; mais ils s'épilent le reste du visage.

sonum vocis humanæ,
 animalia inusitata
 ceteris gentibus,
 nisi invecta. [tas,
 Eadem terra alit rhinocero-
 non generat.
 Vis elephatorum est major
 quam quos
 domitant in Africa,
 et magnitudo
 respondet viribus.
 Flumina quæ ducunt
 lapsu leni modicoque
 aquas segnes,
 vehunt aurum.
 Mare infundit littoribus
 gemmas margaritasque;
 neque alia causa major
 opulentia
 est illis,
 utique postquam
 vulgavere in gentes exteras
 commercium vitiorum;
 quippe purgamenta
 freti exæstuantis
 æstimantur pretio
 quod libido constituit.
 Situs locorum
 format quoque apud illos,
 sicut ubique,
 ingenia hominum.
 Velant corpora usque pedes
 carbaso;
 vinciunt pedes soleis,
 capita linteis;
 lapilli pendent ex auribus;
 quibus aut nobilitas
 aut opes emiunt
 inter populares,
 colunt quoque auro
 brachia et lacertos.
 Pectunt capillum
 sæpius quam toudent;
 mentum est semper inton-
 exæquant [sum;
 reliquam cutem oris
 ad speciem lævitatis.

le son de la voix humaine,
 et des animaux inconnus
 à toutes-les-autres nations,
 sinon transportés chez elles.
 La même terre nourrit des rhinocéros,
 elle n'en produit pas.
 La force des éléphants est plus grande
 que la force de ceux que
 ils domptent (on dompte) en Afrique,
 et leur grandeur
 répond à leurs forces.
 Les fleuves qui conduisent
 par un cours doux et modéré
 leurs eaux paresseuses,
 roulent de l'or.
 La mer verse-sur les rivages
 des pierres-précieuses et des perles;
 ni une autre cause plus grande
 d'opulence
 n'est à eux,
 surtout depuis-que [gères
 ils ont répandu chez les nations étran-
 la communication de leurs vices;
 car ces rebuts
 de la mer débordant-par-le-flux
 sont estimés au prix
 que le caprice établit.
 La situation des lieux
 forme aussi chez eux,
 comme partout,
 les caractères des hommes.
 Ils voilent leurs corps jusqu'aux pieds
 d'une toile-de-lin; [sandales,
 ils lient (entourent) leurs pieds avec des
 leurs têtes avec des toiles;
 des pierreries pendent de leurs oreilles;
 ceux auxquels ou la noblesse
 ou les richesses se distinguent
 parmi leurs compatriotes,
 ornent aussi d'or
 les bras et le haut-des-bras.
 Ils peignent leur chevelure
 plus souvent qu'ils ne la coupent;
 le menton est toujours non-rasé;
 ils rendent-nui
 le reste de la peau du visage
 jusqu'à l'apparence du poli.

Regum tamen luxuria, quam ipsi magnificentiam appellant, supra omnium gentium vitia. Quum rex sane in publico conspici patitur, turibula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus recubat; distincta sunt auro et purpura carbasa quæ indutus est; lecticam sequuntur armati corporisque custodes, inter quos ramis aves pendent, quas cantu seriis rebus obstrepere docuerunt. Regia auratas columnas habet; totas eas vitis auro cælata percurrit, aviumque quarum visu maxime gaudent argenteæ effigies opera distinguunt. Regia adeuntibus patet, quum capillum pectit atque ornat; tunc responsa legationibus, tunc jura popularibus reddit. Demptis soleis, odoribus illinuntur pedes. Venatus maximus labor est inclusa vivario animalia

Cependant le luxe de leurs rois, luxe auquel ils donnent le nom de magnificence, dépasse les excès de toutes les nations. Quand le roi daigne se laisser voir en public, ses officiers portent des encensoirs d'argent, et parfument tout le chemin par où il doit passer. Il est couché sur une litière d'or garnie de perles suspendues tout autour; ses robes de lin sont enrichies d'or et de pourpre; la litière est suivie de gens armés et de gardes du corps, parmi lesquels on porte sur des branches d'arbres des oiseaux instruits à charmer le prince par leur chant au milieu de ses graves occupations. Le palais est orné de colonnes dorées; une vigne ciselée en or rampe tout autour; et l'ouvrage est parsemé de figures d'argent représentant des oiseaux, dont la vue leur fait le plus grand plaisir. Le palais est ouvert à ceux qui se présentent, pendant que l'on peigne et que l'on accomode la chevelure du roi; c'est alors qu'il donne audience aux ambassadeurs, et qu'il rend la justice à ses sujets. Avant d'entrer on vous ôte vos sandales, et on vous frotte les pieds avec des parfums. Son plus violent exercice est de tirer à la chasse des animaux enfermés dans un parc, pendant que ses concu-

Luxuria tamen regum,
 quam ipsi appellant
 magnificentiam,
 supra vitia
 omnium gentium.
 Quum rex patitur
 se conspici in publico,
 ministri ferunt
 turibula argentea,
 complentque odoribus
 iter totum
 per quod destinavit ferri.
 Recubat lectica aurea
 margaritis
 circumpendentibus ;
 carbasa quæ indutus est
 distincta sunt
 auro et pupura ;
 armati
 custodesque corporis
 sequuntur lecticam ;
 inter quos aves
 quas docuerunt
 obstrepere rebus seriis,
 pendent ramis.
 Regia habet
 columnas auratas ;
 vitis cælata auro
 percurrit eas totas ,
 effigiesque argenteæ
 avium visu quarum
 gaudent maxime
 distinguunt opera.
 Regia patet adæuntibus
 quum pectit et ornat
 capillum ;
 reddit tunc responsa
 legationibus,
 tunc jura
 popularibus.
 Soleis demptis,
 pedes illinuntur odoribus.
 Labor venatus
 est maximus,
 figere inter vota
 cantnsque pellicum
 animalia inclusa vivario ;

Cependant le luxe des rois,
 qu'eux-mêmes appellent
 magnificence,
 est au-dessus des vices
 de toutes les nations.
 Lorsque le roi souffre
 lui-même être vu en public,
 des serviteurs portent
 des encensoirs d'argent,
 et ils remplissent d'odeurs
 le chemin tout-entier
 par lequel il a projeté d'être porté.
 Il est couché dans une litière d'or
 dés perles
 étant-suspendues autour ;
 les voiles-de-lin dont il est revêtu
 sont nuancés
 d'or et de pourpre ;
 des hommes armés
 et des gardes du corps
 suivent la litière ;
 parmi lesquels des oiseaux
 qu'ils ont instruits
 à couvrir de-leur-voix les affaires sé-
 sont-suspendus sur des branches.
 Le palais a
 des colonnes dorées ;
 une vigne ciselée en or
 parcourt elles tout-entières,
 et les images en-argent
 des oiseaux de la vue desquels
 ils se réjouissent le plus,
 nuancent ces ouvrages.
 Le palais est ouvert à ceux venant-vers
 lorsqu'il peigne et accommode
 sa chevelure ;
 il rend alors des réponses
 aux députations,
 il rend alors les droits (la justice)
 à ses compatriotes.
 Les sandales étant ôtées,
 les pieds sont enduits de parfums.
 Le travail de la chasse
 est le plus grand pour lui,
 à savoir de percer au-milieu des vœux
 et des chants des concubines
 des animaux enfermés dans un parc ;

[rieuses,

[le ro

inter vota cantusque pellicum figere ; binum cubitorum¹ sagittæ sunt, quas emittunt majore nisu quam effectu ; quippe telum, cujus in levitate vis omnis est, inhabili pondere oneratur. Breviora itinera equo conficit ; longior ubi expeditio est, elephanti vehunt currum, et tantarum belluarum corpora tota contegunt auro. Ac, ne quid perditis moribus desit, lecticis aureis pellicum longus ordo sequitur ; separatum a reginæ ordine agmen est, æquatque luxuria. Feminæ epulas parant ; ab iisdem vinum ministratur, cujus omnibus Indis largus est usus. Regem mero somnoque sopitum in cubiculum pellices referunt, patrio carmine noctium invocantes deos.

Quis credat inter hæc vitia curam esse sapientiæ ? Unum¹ agreste et horridum genus est, quos sapientes vocant. Apud hos occupare fati diem pulchrum ; et vivos se cremari jubent quibus aut segnis ætas aut incommoda valetudo est : exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec ullus corporibus quæ senectus solvit honos redditur ; inquinari

bines chantent et font des vœux pour le succès. Les flèches, longues de deux coudées, se tirent avec plus d'effort que d'effet, parce qu'un dard, qui ne vaut que par la légèreté, devient inutile par l'excès de sa pesanteur. Le roi fait à cheval les petits voyages ; mais s'il faut aller plus loin, ce sont des éléphants qui traînent son char, et ces grands animaux sont entièrement couverts d'or. Afin qu'il ne manque rien à la dépravation des mœurs, il a derrière lui une longue suite de courtisanes dans des litières d'or ; ce train est séparé de celui de la reine, mais il l'égalé par sa pompe. Ce sont les femmes qui préparent à manger ; ce sont elles aussi qui servent le vin, dont tous les Indiens font grand usage. Lorsque le roi est ivre et endormi, ses concubines l'emportent dans sa chambre, et invoquent par des chants à l'usage du pays les dieux qui président aux nuits.

Qui croirait qu'au milieu de ces vices on s'occupe de sagesse ? Il y a dans l'Inde une espèce d'hommes sauvages et grossiers, que ces peuples appellent sages. C'est, selon eux, une belle chose de prévenir le jour de sa mort ; et ils se font brûler vifs dès qu'ils se sentent appesantis par l'âge ou affaiblis par la maladie ; ils tiennent que c'est déshonorer sa vie que d'attendre la mort, et ne rendent aucun honneur à ceux

sagittæ sunt
 binûm cubitorum,
 quas emittunt
 majore nisu quam effectu;
 quippe telum,
 cujus vis omnis
 est in levitate,
 oneratur pondere inhabili.
 Conficit equo
 itinera breviora;
 ubi expeditio est longior,
 elephantum vehunt currum,
 et contegunt auro
 corpora tota
 belluarum tantarum.
 Ac, ne quid desit
 moribus perditis,
 longus ordo pellicum
 sequitur lecticis aureis;
 agmen est separatum
 ab ordine reginæ,
 æquatque luxuria.
 Femine parant epulas;
 vinum cujus usus
 est largus omnibus Indis,
 ministratur ab iisdem.
 Pellices,
 invocantes carmine patrio
 deos noctium
 referunt in cubiculum
 regem sopitum
 mero somnoque.
 Quis credat
 curam sapientiæ
 esse inter hæc vitia?
 Unum genus agreste et hor-
 est, [ridum
 quos vocant sapientes.
 Occupare diem fati
 pulchrum apud hos;
 quibus aut ætas est segnis,
 aut valetudo incommoda,
 jubent se cremari vivos:
 habent mortem expectatam
 pro dedecore vitæ;
 Nec ullus honos
 redditur corporibus

les flèches sont
 chacune-de-deux coudées,
 lesquelles ils lancent [grand effet;
 avec un plus grand effort qu'un plus
 car ce trait,
 dont toute la force
 est dans légèreté,
 est chargé par un poids incommode.
 Il (le roi) achève (fait) à cheval
 les chemins plus courts;
 dès-que l'expédition est plus longue,
 des éléphants traînent son char,
 et ils couvrent d'or
 les corps tout-entiers
 de bêtes si-grandes. [que
 Et, de-peur-que quelque chose ne man-
 aux mœurs dépravées,
 une longue file de concubines
 suit dans des litières d'or;
 cette troupe est séparée
 de la ligne (du cortège) de la reine,
 et l'égale par le luxe.
 Les femmes préparent les mets;
 le vin dont l'usage
 est abondant pour tous les Indiens,
 est servi par ces mêmes femmes.
 Les concubines,
 invoquant par un chant du-pays
 les dieux des nuits,
 rapportent dans sa chambre-à-coucher
 le roi assoupi
 par le vin et par le sommeil.
 Qui croirait
 le soin de la sagesse
 être parmi ces vices?
 Une seule espèce sauvage et inculte
 est chez eux,
 d'hommes qu'ils appellent sages.
 Prévenir le jour du destin (de la mort)
 est beau chez ceux-ci;
 ceux auxquels ou l'âge est inactif,
 ou la santé mauvaise, [vants:
 ordonnent eux-mêmes être brûlés vi-
 ils ont (regardent) la mort attendue
 pour (comme) le déshonneur de la vie.
 Ni aucun honneur
 n'est rendu aux corps

putant ignem nisi qui spirantes recipit. Illi¹, qui in urbibus publicis moribus degunt, siderum motus scite spectare dicuntur, et futura prædicere, nec quemquam admovere leti diem credunt, cui exspectare interrito liceat. Deos putant quidquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capital est. Menses in quinos denos descripserunt dies; anni plena spatia servant. Lunæ cursu notant tempora², non, ut plerique, quum orbem sidus implevit, sed quum se curvare cœpit in cornua. Et idcirco breviores habent menses qui spatium eorum ad hunc lunæ modum dirigunt. Multa et alia traduntur, quibus morari ordinem rerum haud sane operæ videbatur.

X. Igitur Alexandro, fines Indiæ ingresso, gentium suarum reguli occurrerunt, imperata facturi, illum tertium Jove genitum ad ipsos pervenisse memorantes : Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse ; ipsum co-

qui sont morts de vieillesse ; ils pensent que c'est souiller le feu que de ne pas lui livrer des êtres animés. Il en est d'autres qui vivent dans les villes conformément aux usages publics, et qui sont habiles, dit-on, à observer les mouvements des astres et à prédire l'avenir. Ceux-là croient qu'on n'avance pas le jour de sa mort, quand on a le courage de l'attendre sans effroi. Ils regardent comme des dieux tout ce qu'ils cultivent, surtout les arbres, auxquels il est défendu de toucher sous peine de mort. Ils ont composé leurs mois de quinze jours ; mais leurs années n'en sont pas moins complètes. Ils mesurent le temps par le cours de la lune, non pas, comme la plupart des peuples, d'après les révolutions entières de cet astre, mais d'après son croissant et son déclin ; et, si les mois sont plus courts chez eux, c'est qu'ils en règlent l'étendue sur cette manière de compter les lunaisons. On rapporte encore de ces peuples beaucoup d'autres choses, par lesquelles je n'ai pas jugé à propos d'interrompre le fil de mon récit.

X. Alexandre étant donc entré sur les frontières de l'Inde, les petits rois de différentes peuplades vinrent au-devant de lui pour recevoir ses ordres. Ils disaient qu'il était le troisième fils de Jupiter qui était venu chez eux, que Bacchus et Hercule ne leur étaient

quæ senectus solvit ;
 putant ignem inquinari
 nisi qui recipit spirantes.
 Illi, qui degunt in urbibus
 moribus publicis,
 dicuntur spectare scite
 motus siderum,
 et prædicere futura,
 nec credunt quemquam
 cui liceat exspectare
 interrito,
 admovere diem leti.
 Putant deos,
 quidquid cœperunt colere,
 maxime arbores
 quas violare
 est capital.
 Descripserunt menses
 in quinos decus dies ;
 servant spatia anni plena ;
 notant tempora,
 cursu lunæ,
 non, ut plerique,
 quum sidus
 implevit orbem,
 sed quum cœpit
 se curvare in cornua.
 Et qui dirigunt
 spatium eorum
 ad hunc modum lunæ,
 habent idcirco
 menses breviores.
 Multa et alia traduntur,
 quibus morari
 ordinem rerum
 videbatur
 haud sane operæ.

X. Igitur reguli
 suarum gentium
 occurrerunt Alexandro
 ingresso fines Indiæ,
 facturi imperata,
 memorantes illum
 tertium genitum Jove
 pervenisse ad ipsos :
 Liberum Patrem

que la vieillesse dissout ;
 ils pensent le feu être souillé [respirant.
 si-ce-n'est celui qui reçoit des êtres
 Ceux qui vivent dans les villes,
 avec les usages publics,
 sont dits examiner habilement
 les mouvements des astres,
 et prédire les choses futures,
 et ils ne croient qui-que-ce-soit
 à qui il est possible de l'attendre
 non-effrayé,
 hâter le jour du trépas.
 Ils regardent comme dieux,
 tout-ce-qu'ils se sont mis à cultiver,
 surtout les arbres
 lesquels violer (auxquels toucher)
 est un crime capital.
 Ils ont divisé les mois
 en quinze jours ; [complets ;
 ils conservent les espaces de l'année
 ils mesurent les temps
 par le cours de la lune,
 non, comme la plupart,
 lorsque l'astre
 a rempli son cercle (sa révolution),
 mais lorsqu'il commence
 à se courber en croissants.
 Et ceux qui règlent
 la durée d'eux (des mois)
 selon ce mode de la lune,
 ont pour-cela
 des mois plus courts. [rapportées,
 Beaucoup aussi d'autres choses sont
 par lesquelles arrêter
 la suite des événements
 paraissait [utile.
 non certes être le prix de la peine (être

X. Donc les petits-rois
 de leurs nations
 se présentèrent à Alexandre
 étant entré dans les frontières de l'Inde,
 devant faire les choses commandées,
 rappelant lui
 troisième engendré de Jupiter
 être parvenu vers eux-mêmes :
 Bacchus père (dieu)

ram adesse cernique. Rex benigne exceptos sequi jussit, iisdem itinerum ducibus usus. Ceterum, quum amplius nemo occurreret, Hephæstionem et Perdiccam cum copiarum parte præmisit ad subigendos qui aversarentur imperium; jussitque ad flumen Indum procedere, et navigia facere quis in ulteriora transportari posset exercitus. Illi, quia plura flumina superanda erant, sic junxere naves ut solutæ plaustris vehi possent, rursusque conjungi. Post se Cratero cum phalange jusso sequi, equitatum ac levem armaturam eduxit, eosque qui occurrerant levi prælio in urbem proximam compulit. Jam supervenerat Craterus; itaque ut principio terrorem incuteret genti nondum arma Macedonum expertæ, præcipit ne cui parceretur, munimentis urbis quam obsidebat incensis. Ceterum, dum obequitat mœnibus, sagitta ictus est. Cepit tamen oppidum, et, omni-

connus que par la renommée, mais que lui était présent et sous leurs yeux. Le roi les accueillit avec bonté et leur dit de le suivre; il avait l'intention de les prendre en même temps pour guides. Personne ensuite ne venant plus au-devant de lui, il détacha en avant Héphestion et Perdicas avec une partie des troupes pour réduire ceux qui refuseraient de se soumettre; il leur enjoignit d'avancer jusqu'au fleuve Indus, et de faire construire des bateaux pour transporter l'armée au-delà. Comme il y avait plusieurs rivières à traverser, ils firent les embarcations de manière qu'on pût en détacher les pièces, les transporter sur des chariots, et les rassembler ensuite. Alexandre donna ordre à Cratère de le suivre avec la phalange, prit les devants avec la cavalerie et les troupes légères, et refoula par une escarmouche jusque dans la ville la plus proche, ceux qui avaient osé venir à sa rencontre. Cratère était déjà arrivé. Dès lors, pour frapper de terreur cette nation qui n'avait point encore éprouvé les armes des Macédoniens, il commanda qu'on brûlât les fortifications de la ville assiégée, et qu'on ne fit point de

atque Herculem
 cognitos esse fama ;
 ipsum adesse coram
 cernique.
 Rex jussit
 exceptos benigne sequi,
 usurus iisdem
 ducibus itineris.
 Ceterum, quum nemo
 occurreret amplius,
 præmisit Hephæstionem
 et Perdiccam,
 cum parte copiarum
 ad subigendos
 qui aversarentur imperium ;
 jussitque procedere
 ad flumen Indum,
 et facere navigia
 quæ exercitus posset
 transportari in ulteriora.
 Illi, quia plura flumina
 erant superanda,
 junxere naves sic
 ut solutæ
 possent vehi plaustris,
 conjungique rursus.
 Cratæro jussu sequi
 post se cum phalange,
 eduxit equitatum
 ac armaturam levem,
 compulsi que levi prælio
 in urbem proximam
 eos qui occurrerant.
 Jam Craterus supervenerat ;
 itaque,
 ut incuteret principio
 terrorem
 genti nondum expertæ
 arma Macedonum,
 præcipit ne parceretur cui,
 munimentis urbis
 quam obsidebat,
 incensis.
 Ceterum ictus est sagitta,
 dum obequitat mœnibus.
 Cepit tamen oppidum,
